



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Tituli Libri Sexti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

CONSTITUTIONVM ET DECRETORVM

Synodaliū Prouinciæ Mediolanensis

Libër Sextus.

De Regularibus, & Exemptis.

S V M M A R I V M.

- 1 In Monasterijs regularium sacre scriptura lectio instituenda.
- 2 Quique ad id cogendi.
- 3 Monasteria, domos, & claustra virorum Regularium ingredientiæ feminae, quomodo plectende.
Constitutio Pij V. eo de genere edita, quando publicanda. 7.
- 4 Quorum locorum, & quando non vetitus eis ingressus.
- 5 Horti, & vineæ in claustris quatenus censeantur.
- 6 Existente dubitatione quis illam soluat.
Monasterijs domicilia faminarum infamium arcenda. De religioſis in sacris locis conuersu. 12.
Reliquia nouæ à regularibus non veneranda, nec exponenda ante quam sint ab Episcopo probata. De sanctorum Reliquijs. 5.
Indulgentiæ quoque ab eisdem non promulganda. De Indulgentijs. 8.
Regulares nullum admittant Sacerdotem ad celebrandum in suis Ecclesijs non ostensis dimissorijs litteris. De Missis sine cantu. 31.
Regulares in suis Ecclesijs concionaturi, facultatem à suis superioribus, & ab Episcopo benedictionem obtineant; in alijs verò Ecclesijs, ultra benedictionem licentiam quoque ab Episcopo impetrent, & Parocho exhibeant. De Concionatoribus. 39.
Episcopo concionante, nè quidem in suis Ecclesijs, concionentur. De prædic. verbi Dei. 14.
Regulares concionaturi, ubi temporalem iurisdictionem habent, ab Episcopo approbandi. De concionatorib. 41.
Iidem dissuadentibus à communionem frequentanda, prædicatio interdicens. De sanctæ Euch. in Eccl. administr. 30.
Quando pecuniæ collectam pro se, aut alijs facere possint. De Concionat. 27.

Regulares

Regulares Confessarij in quibus ab Episcopo recognoscendi. De Visita-
tione. 26.

Iidem ab eodem approbandi, etiam ubi temporalem iurisdictionem ha-
bent. De Confessario. 6.

Prelatus Regularis, & exemptus non se ingerat in aliena Diœcesi ad Con-
fessarios approbandum. Ibid. nu. 5.

Confessionem audientes absque licentia, excommunicati. Ibid. 1.

Idonei licet inuenti ad Confessiones audiendas, quo tamen testimonio ad
id munus admittendi. Ibid. 4.

Regularium Confessariorum nomina quando à Prelato Regulari ad Epi-
scopum defer. Ibid. 3. 2.

Quando etiam illi ab Episcopo conuocandi, & in quo monendi. Ibid. 33.

Confessionis auditæ testimonium pœnitentibus ab eisdem dandū. Ibid. 36.

Amouendi si male eo in officio se gerant. Ibid. nu. 7.

Regulares absoluiti à casibus Episcopo reseruatis, excommunicationem
incurrunt; & quando suspensionem tantum. Ibid. 24. & 26.

Ieiunia, festosque dies quos populi seruant, seruent & ipsi. De fest. dier.
cultu. 36.

Regularium Ordinatorum nomina in librum referenda. Quæ ad ordinis
sacram. 99.

Regulares sacris Ordinibus non adscribendi, nisi docuerint se professionem
religionis fecisse. Ibid. nu. 26.

Regularium superiores quando, & ad quod tempus dimissorias concedant,
tam ob ordinationem, quam ob morum testimonium. Ibid. 19. & 20.

Testificentur de functionibus præstitis in ordine inferiori, & quibus alijs.
Ibid. 17. & 18. 20.

Iisdem Regularibus ordinandis quæ alia ratio seruanda. Ibid. 25.

Regularia beneficia Seminario contribuunt. De Seminario. 3.

Regularibus presentati ad beneficia, ab Episcopo comprobandi. De be-
nef. Iurispatr. nu. 2.

Beneficiorum, quorum ius collationis, institutionis uè ad exemplos, & alios
inferiores Episcopo spectat, lites, & causæ à quo cognoscendæ. Ibid. nu. 7.

Regulares Curati festis diebus Cencionem habeant, quæque alia præstent.
De Parochijs. 48.

Curati à Regularibus prouisi in suis Ecclesijs ab Episcopo residere cogen-
di. Ibid. nu. 4.

Regulares Curati ad Synodum Diœcesanam accedant, & congregationes
obeant. De Synodo Diœces. 5.

Curatæ Ecclesiæ Monasterijs vnita ab Episcopo visitandæ. De Visita-
tione. 22.

Monasteria quoque commendata visitanda. Ibid. 27.

Parochiæ nouæ, in Parochijs regularium, ab Episcopo erigenda. De Parochijs. 35.

Regulares, & exempti sacra olea à Cathedrali sumant. De sacramentalibus. 31.

Regulares Curati Episcopum admoneant de delicto in sua Ecclesia commissio. De Immunit. Eccl. 7.

Regulares ad processiones publicas vocandi. De Process. 5.

Censurisque & pœnis ad id compellendi. Ibid. 6.

Regularibus Parochis locus in funere præscriptus. De Funerib. 18.

Regulares Conseruatorem delectum non mutant. De Iurisd. Episc. 3.

Quando causas matrimoniorum & criminum cognoscere possint. De foro Episcop. 8.

Conseruatores Regularium taxam à Metropolitano Mediol. consecram, & à Gregorio Papa XII. confirmatam obseruent. De legib. & Taxa. 5.

Contrà facientes, vt puniendi. Ibidem. nu. 6.

Interdicta ab Episcopo promulgata, à Regularibus promulganda seruandaque. De Censuris. nu. 5.

4. Quæ pert.
ad reg.



Vod sacrosancti Tridentini Concilij decreto de interpretatione sacre scripturæ in monachorū monasterijs instituenda sancitum est, id Episcopi omnino efficiant, vt quibus in monasterijs commodè præstari potest, ea instituantur, uel si intermissa est, restituantur.

2. Quia in re præstanda Abbatem, atque alios quocumque nomine vocatos, qui monasterio præsunt, opportunis iuris remedijs compellant.

3. Si quæ fœmina, cuiusuis etiam conditionis, dignitatis, gradus, ac generis splendore illustris, virorum regularium cuiuscumque uel ordinis, uel instituti claustra ubicumque in illis, etiam prioribus monasterij conuentus, domusue claustralis porticibus, primariæ eiusdem ianue exteriori proximis, contrà quàm Apostolicis Summorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. Constitutionibus sancitum est, ingrediatur, pro earum sanctionum iure Episcopus penarum, censurarumque declaratione, & irrogatione contrà illam seuerè agat.

4. Ad priores autem illas claustris porticus, exteriorique ostio uiciniores, vt à sancta Sede Apostolica declaratum est, ingressus, mulieribus non uetatur, quo tempore in ijs, cum cœmeteria, sepulcraue sint, pro mortuis fiunt, à Regularium uniuerso monasterij, domusue illius conuentu supplicationes, processionesue publicæ de more agantur.

5. 6. In claustrorum autem finibus censeantur horti etiam, ac uiridaria,

vinca,

vineæ, & eiusmodi loci, quæ monasterijs, domibusuè Regularium ita continenter sunt adiuncta, ut ab illis domibus, uel monasterijs ab eos hortos, locouè aditus sit, nulla uia, locouè publico interiecto. Sin autem de claustrorum finibus, circumscriptionem uè dubitatio, aut difficultas aliquando existat, per loci ordinarium, adhibitis Regularium superioribus, illa explicetur; certa que demum ipsis limitibus claustralibus definitio, circumscriptione statuatur; ut nè ob uarias eorum superiorum Regularium interpretationes occasio præbeatur, quam obrem censurarum uinculis fidelium animæ irretiantur.

7 Constitutio illa, qua à Pio V. Summo Pontifice interdictum est, omnes cuiusuis ordinis mulieres etiam generis splendore, aut dignitate illustres, Monasteria ingredi, quotannis semel, atque adeò sepius certis festis diebus, arbitrio Episcopi promulgetur.

3. De Mon.
& Reg.
De Constit.
13.

Quæ alia hoc Tit. fortasse desiderantur, uide Tit. de Confessarijs, & Concionatoribus, & prædicatione uerbi Dei, & copiosius in Indice.

De Monialibus.

De Ecclesia exteriori, & interiori Monialium,
tam ex decretis Prouincialibus quam
instruēt. Eccl. fabr.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia monialium exterior qualis.
- 2 Amplitudo illius quanta; tectumque cuiusmodi.
- 3 Transuerso pariete ab interiori diuidenda.
- 4 Altare maius, præscriptæ formæ, ubi inmitendum.
Quo integumento operiendum. 10.
In ipso sanctissimum sacramentum asseruandum. 11.
- 5 Gradibus quot, quibusque præcingendum.
Quotque alij paulò distantius accommodandi. 23.
- 6 Fenestra ipso in Altari, & ubi construenda.
Qua tamen cautione constituenda. 27.
- 7 Fenestræ huius, quæ forma, tam ex instructionibus fabricæ, quam decretis Prouincialibus.
- 8 Ea lineo panno contecta, ualuīs, claueque munienda, & à qua moniali clauis ipsa asseruanda. 7. in fi.

A a a 2 Eadem

Eadem à latere edificata, obstruenda.

- 12 Fenestella ad usum exponendi sacras vestes, vbi, & qualiter extruenda, & munienda. 14.
- 13 Qualisque rota inferenda.
- 15 Fenestella ad usum ministranda sacre Communionis vbi, & qualiter edificanda ex Inst. fab. & decretis Prouinc. 17. in fi.
- 16 Ea quibus valuis munienda: & à quo clavis asseruanda. 17. in fi.
- 17 Scabellum, sub ipsa fenestella collocandum, quale, tam in exteriori, quàm interiori Ecclesia.
- 18 Fenestella Reliquiarum sacrarum vbi, & qua ratione consicienda, & ornanda, ex Inst. fab. & decretis Prouincialib. 19. in fi.
- 19 Quotque clauibus munienda; & à quibus ille asseruanda.
- 20 Fenestella sacri olei, olei infirmorum, vbi, & quo modo edificanda.
- Fenestella Confessionum, qua forma extruenda. De Monasterio Monialium, nu. 3. 1.
- 21 Ostia } alia omnes, præter supra scripta in Ecclesiam, Sacri-
22 Fenestraq; } stiamuè spectantes in edificanda.
- 24 Sacristia, vbi, & qua forma edificanda: queque in illius extructione cauenda.
- Oratorium
Altare }
25 Lauacrum } in ea existant.
Armarium }
- 26 Capelle duæ, vbi, & quando, in hac Ecclesia permittenda.
Hac in Ecclesia nullus celebret absque licentia. De Missis sine cantu. 36. & 37.
Noctu ad orandum nullus intromittatur, cum oratio quadraginta horarum exponitur. De oratione 40. hor. nu. 21.
- 28 Festus dies Ecclesia monialium, non magnifico apparatu celebrandis.
Cantusque figuratus, ad musica instrumenta, non adhibendus. Ibid.
- 29 Ecclesia Monialium interior qualis. & Tit. de Monast. Mon. nu. 36.
- 30 Vbi illa non edificanda.
- 31 Campanile, qua Ecclesia parte, quaque ratione ex edificandum.
- 32 Organum non permittendum, nisi locus ante probatus fuerit.
- 33 Musica instrumenta, que monialibus sonare prohibentur.
Sonandi artem discendi causa accessus ad monialium monasteria omnibus prohibetur remissiuè. De Clausura monialium, nu. 35.



Emonstrata forma aliarum Ecclesiarum, sequitur instructio Ecclesie monialium.

Inst. fab. Eccl. lib. I. c. 3 r.

Hec igitur exstrui potest, que una tantum navi constet; in orientemque versus, si pro monasterij situ fieri potest, spectet.

Ampla sit pro situs rone: tecto fornicato, aut laqueato, ceterisq; reb. instructa ad prescriptum.

3 *Capella maior nulla in ea insit: sed paries in transuerso fiat, quo interior Ecclesia ab exteriori, ubi Sacerdos sacrum facit, diuidatur.*

Ibid. De Altari maiori.

4 *Parieti illi in transuersum ducto, Altare innitatur, in eius medio exadificatum: quod latitudine, longitudine, & altitudine sit, Altari maiori supra prescripta.*

5 *Gradus in ascensu Altaris tres sint, una cum eo, quem scabellum constituit: singuli autem gradus forma, & modo, supra prescripto. Scabellum vero, seu bradella eiusmodi item, supra in Altaris maioris exstructione constituta.*

6 *E conspectu Altaris in transuerso eo pariete fenestra fiat: unde moniales Missae sacrum spectent, & audiant.*

Ibid. De fenestra in Altari mai. constir.

7 *Que fenestra ita, sicut Altare, late patens sit, alte ducta cubitis circiter duobus: cuius ima pars a superficie Altaris, pariete alte exstructa sit cubito uno, & vncijs saltem decem.*

Munita sit opere clathrato ferreo, eoque duplici, ac simili, & inter se vncijs circiter duodecim distanti.

Vniuscuiusque autem clathrati operis cancelli, ita tamen compacti sunt, ut vnus ab altero interuallum sit non amplius vncijs tribus: atque ita bene septi, ut vnus ab altero diuelli, disungiue nullo modo facile queat. Intrinsicus autem valuas habeat, pessulo, & claue munitas: que aut a lateribus aperiantur, aut trochlea, funiculoque tractili sursum ducantur.

Fenestra, qua sanctissima Eucharistiae eleuatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & vncijs duodecim, late vero, ut Altaris latitudo est.

4. De Moni.

In qua fenestra, clathra ferrea duo, palmi spacio inter se distantia firmiter configantur. Virgae autem ferreae, quibus clathra compacta sunt, singulae inter se distent non amplius vncijs tribus.

Sint autem inter se insertae, ita, ut loco suo dimoueri non queant.

Claudantur autem fenestrae ab interiori parte firmis valuis, sera, & clauis, quae apud perfectam asserueur.

Ea fenestra perpetuo lineo panno contacta sit, qui tantummodo cum sustollitur sacrosancta Eucharistia, amoueat. Fenestrae autem ratio sit eiusmodi, ut Sacerdos ex Altari moniales intueri nequeat.

f. De clausu. racte.

4. De Monialibus.

Inst. fab. lib. j. cap. 3.

1. De diu. off. pcar. & lect. Monial. Sess. 25 c. 10. de reg. & M. 4. Ibidem. Sess. 25. c. 10. de reg.

Inst. fab. Ibid. De fenest. ad vsum exp. velt. la.

Vide infr. de Rotis ex 4. Ibid. de fenestell. ad vsum ministr. sacrae comm.

9. Vbi autem illa è latere Altaris, Ecclesiae, aut alio loco, etiam superiori, est, vnde moniales eos, qui in Ecclesia exteriori sunt, spectare possunt, efficiat Episcopus quàm primùm, vt super Altari, vnde Missa sacrificium moniales intuentur, ad instructionum prescriptum extruatur, laterali illa, aliaue, quęcumque sit penitus obstructa.

10. *Altare concamerato opere contegi poterit, pariete crassiori frons, aut columellis binis, pilisue paulum ab ipso pariete distantibus, erectis: quibus opus fornicatum, cameratumue nitatur.*

Que columella ab Altaris vtroque cornu distent cubitis duobus.

Si fornix non sit, integumento ligneo, vel ex panno serico, telam confecto, eoque apte ornato, quod capocelum vocant, operiatur.

11. Quoniam verò à Tridentina sancta Synodo prohibetur, nè in Choro, vel Monasterij septis, sed in Ecclesia publica sanctissimū Christi Corpus conseruetur; efficiant Superiores, ut eiusmodi decreto ubique obtemperetur.

Sanctissimum sacramentum nè alibi, quàm in Altari maiori asseruetur, cui lampas in Ecclesia interiori semper preluceat, & in exteriori; cùm illius fores patebunt.

12. *In pariete transverso inter vnā, & alteram Ecclesiam interiecto, à parte que monialium Sacristia commodior sit, fenestra fiat, rota apte constituta, vnde sacrae vestes ad Missę sacri vsus exponantur.*

13. *Que rota, fenestranē à solo pavimenti altè extructa sit tribus circiter cubitis. Hęc ipsa rota eiusmodi sit, vt tota penesita inb. v. n. in crassitudine parietis, qui aliquo ministrations opere crassior propterea fiat.*

14. *Munietur valuis ab vno, & altero latere, que bine sint, vne ab interiori monialium parte, altera extrinsecus: & ambe apte claudantur clauibus: quarū interior à presecta, exterior à Capellano teneatur.*

In huius fenestree & rotę structura, seruentur cetera, infra communiter prescripta rotis conficiendis.

15. *Ab altera parte Altaris, in eodem transverso pariete, fenestellula alia, sculptorio, inauratoque opere pie ornata, extruatur, vnde monialibus sacra Communio ministratur.*

Cuius fenestellula planum æquale sit, & à pavimento Ecclesie altè edificatum cubitis duobus, vncijs sexdecim. Hęc fenestellula latè pateat extrinsecus cubitum, vnum; & vncias duodecim, altè extructa cubitum itidem vnum, & vncias xvij. ita vt in primo aspectu latioris, intrinsecus autem angustioris formę speciem præ se ferat.

Tota autem in ipsa parietis, crassitudine inerit, quę cubitalis sit; ita tamen, vt intrinsecus à parte monialium extremi parietis crassitudo, nè latior sit vncijs duabus, aut tribus. Intus verò in eo extremo pariete spaciū insit, cubito vno; in quo spacio fenestellula, altitudine vnciarum

ciarum octo, latitudine sex, fiat; unde monialibus sacra Eucharistia prebeatur.

16 In fenestellula à parte interiori valuula ferrea, aut aenea sint, politè confecta, quæ pessulo, & claue obserentur, à parte exteriori valuula paulò maiores, quibus tota fenestellula sapiatur, adiunctis, sera, claue, & pessulo.

17 Sub ipsa fenestellula in pavimento Ecclesie paruum scabellum collocetur, altitudine unciarum octo, quod tapeto sterni possit: ubi stans Sacerdos sacram Communionem monialibus ministret. Hoc autem scabellum modo altius, modo humilius exstrui poterit pro statura Sacerdotis ministrantis.

A parte verò interiori, ubi moniales sunt, scabellum alterum non minus duobus cubitis, ab omni parte patens, ad quod aliquod gradibus ascendatur, exstrui poterit; ità, ut ibi genibus flexis illæ facillè fenestellulam, unde sacram Communionem sumunt ore attingant. In ipsius autem fenestellule pariete nihil impedimenti subitus ex assibus exstruetur, quo propius monialis, sacramentum sumens, ipsi fenestellulæ habeat.

Fenestella, ad Ecclesiam versus spectans, per quam moniales sacram Eucharistiam sumunt, ità altè, aptèque struatur, ut Sacerdos illam ministrando commodè stet, non genua flectat. Cui fenestellæ extrinsecus valuula lignea præter illas, quæ modo sunt, apponantur, quæ parietem æquent; earum clavis apud Confessarium perpetuò sit.

4. Ibidem.

18 Fenestra præterea alia fiat, quæ à parte superiori fenestellulæ, unde sacra Eucharistia sumitur, in Ecclesia exteriori sit: ubi sacra Reliquia, si quæ sunt, rectè, atque ordine recondantur.

Inst. fab. Ibid. de fenestra sacra reliq.

Quæ fenestra ab interiori parte altitudinis sit unciarum sexdecim, latitudinis duodecim: munita verò clathris ferreis, adiuncto opere vitreo pellucido, pannoque serico obducto, & valuis præterea clausis; ità ut sacras Reliquias inspicere, nec verò tangere ullo modo queant.

19 A parte verò exteriori, quæ in Ecclesiam spectat, eiusmodi sit; ubi loculi, vasculæque Reliquiarum aptè collocentur: valuasque habeat benè firmas, seris, & pessulis tribus munitas: quæ tribus etiam clauibus, & unaquæque fabrili opere diuerso distincta, claudantur.

Reliquiæ sacrae in fenestella recondantur, quæ ad instructionum nostrarum præscriptum, in pariete Ecclesie interioris edificata, ab ea tantum parte, quæ ad exteriorem Ecclesiam spectat, aperiri possit. Claudatur autem hæc fenestella tribus clauibus, diuerso opere confectis; quarum una apud Episcopum, altera apud Confessarium, tertia apud monasterij præfectam sit.

4. Ibidem.

20 In superiori præterea parte fenestræ, ubi rota collocata est, fenestellula pro præscriptæ formulæ ratione exstruatur: in qua sacrum oleum

Inst. fab. Ibid. de fenestra sacra olei infir.

infirmorum asseruetur. Hæc verò fenestellula à parte tantum exterioris Ecclesie patefieri queat, adhibitis firmis valvulis, sera, & clauis. Sin autem nullæ in ea Ecclesia Reliquie extrà Altare asseruandæ sunt; hæc in superiori parte fenestra fiat, vnde sacra Communio ministratur.

1. De clausura, &c. Bulla Greg. XIII. 1572.

21 Oltia, per quæ à septis monasterij in exteriorem Ecclesiam patet aditus, ad mensum muro obstruantur. Si quid in hoc præfecte culpa, vel negligentia commissum fuerit, ea & officio, & velo superioris arbitrio priuetur.

22 Omnes fenestra, & cancelli, & quicumque locus, per quem moniales externam Ecclesiam introspicere possint, inædificentur, præter fenestram, in qua collocata est rota; & fenestellulam ad solum sacrosanctæ Eucharistiæ sumendæ vsum constitutam, ac illam fenestram, per quam Corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, à Sacerdote celebrante elatum, aspiciere possint.

4. Ibidem.

Nulla fenestra, præter illas, primo Concilio Protiniciali nominatim præscriptas, è monasterio in Ecclesiam, Sacristiam uè exteriorem spectet, ac nè rima quidem, ne dum foramen vllum in ea extet, vnde aspectus, aut collocutio fieri possit.

Inft Ibid. De Grad. Altaris,

23 A gradu vltimo scabelli Altaris, distantes sex cubitis, tres alij gradus, aut plures, pro situs ratione, de Architecti consilio fiant: per quos ad gremium Ecclesie descendatur. Quod aliquanto humilius pavemento erit: vbi Altare exædificatum est.

In summo gradu clathra ferrea ad præscriptum suffigantur.

Gradus ij singuli nè altiores sint vncijs octo, nè latiores viginti quatuor, in transversumque Ecclesie ducti; aut tam longè patentes, quantum spacijs ostium in clathris ferreis capit.

24 In capite Ecclesie paruula Sacristia, cuius ianna intrà clathrorum fines sit, aptè exstruatur; que sacerdotibus, sacras vestes exuētibus, vsui sit.

25 Qua in ædificatione illud caueatur, nè quicquam operis, siue fenestra sit, siue rota, aliudnè eiusmodi fiat; vnde in monasterium monialium prospectus, aut auditus sit. Idque propterea, labrum aquarium, quod in Sacristia exteriori ad vsum lauationis manuum exstruetur, nullum omninò tubulum, canalem uè habeat, per quem ex interiori monasterij Sacristia aquam excipiat, quæ eò aliundè importetur, aut infundatur. Ne uè quicquam ædificij in superiori parte fiat; quò ipsis monialibus aditus vllò modo esse possit.

Fiat in ea, & Oratorium, & Altare vnum, quod vsui sit, cum Sacerdotes sacris se vestibus induunt, & vasculum præscripta forma ad abluendas manus: idque nè in pariete, inter monasterium, & Sacristiam interiecto; & armarium item, in quo sacra indumenta asseruentur; & aliud præterea nihil.

26 In monialium Ecclesia Capellæ duæ, una à dextro, altera à sinistro latere fiant, forma præscripta, eaq; in gremio Ecclesiæ, si ibi ob aliquam causam plures Missas eodem tempore aliquando celebrari necesse est.

27 Cautio sit, ut fenestra Altaris clatrata ita constituetur, nè inde in viam publicam, præsertim ubi spectacula aguntur, aut multitudinis frequens transitus est, prospici possit.

Cui rei, ut occurratur, atrium parvulum pro foribus Ecclesiæ extruendum est: cuius atrij ianua ab aliquo latere sit, quod ipsis foribus Ecclesiæ recta non respondeat; aut certè, si aliud fieri non possit, ipsius Ecclesiæ aditus è latere sit: idque Architecti iudicio pro situs ratione.

28 Ne magnifici, & sumptuosi apparatus fiant, cum dies festus Ecclesiæ monialium celebratur: sed pij, ac modesti, & qui Religionem, non inanem aliquam speciem præ se ferant.

Quo non admittantur musici, figuratum cantum, aut quoduis musicum instrumentum adhibentes.

Quod de cantu figurato, & musico quouis instrumento, & musicis item die festo Ecclesiæ monialium, in exteriori Ecclesia non adhibendis, Concilio Prouinciali primo sancitum per nos est; id etiam omni alio die, & tempore illis vetitum esse decernimus.

Nec verò quicquam aliud præter Missam in exteriori illarum Ecclesia ab alijs canatur; cum vesperarum, & reliquarum Canonicarum horarum officia ab ipsis monialibus cani possint.

29 Ecclesia interior, una tantum naui constet, sine vllis Capellis: pavimento vndique equali sit, neque ab vlla parte gradibus paulò altior.

Illud verò pavementum cubito vno, aut vno, & dimidio humilius sit, quam pavementum, ubi Altare extrinsecus collocatum est.

30 Illud, ubi maximè potest, cauendum est, nè monialium Ecclesia interior propè vias publicas extruatur: quæ si pro situs ratione ex ædificetur, aliquando necesse est: nè à pariete, qui ad vias publicas vergit, fenestræ fiant; sed lumen excipiat à parte, quæ monasterium attingit: contraque fiat in Ecclesia exteriori, cuius fenestræ non à monasterio, sed à via publica sint.

31 Turris Campanilis, Ecclesiæ interiori monialium coniuncta esse debet: cuius neque ostium, neque fenestra, ac nè rima quidem vlla in Ecclesiam exteriorem aliqua ex parte spectet. Altè extruatur pro Ecclesiæ ratione; ita tamen, ut humilior, ac depressior existat, quam stru-
cturæ forma, modusque postulet.

Primum eius tabulatum fornice benè firma constet: in qua, vel ab aliquo latere inesse potest ostiolum angustum, per quod, cum necesse erit, ad summam turrim ascensus detur: neque aliunde aditus pateat. At foramina exigua sint, per quæ tractorij campanarum funes tantum ducantur.

Ostiolum

Inst. Ibid. De Capellis.

Ibid. de fenestra Altaris.

1. De Concion. Cõfess. &c. Monial.

4. Ibidem.

Inst. fab. Ibid. de Eccl. interiori.

Ostiolum uerò illud ità compactum sit, ut claudatur pessulis binis, seu binis, clauibus binis, opere fabрили diuerso. Reliqua superiora tabulata ex materia lignea esse poterunt: lumen excipient ex fenestriculis exiguis, iisdemque clathratis: summum uerò fenestras, ut moris est, habebit.

1. De Clausura, &c.

32 Organum autem in posterum nē constituatur; nisi locus, in quo aptè locetur, Superioris iudicio ante probetur.

33 Prohibentur etiam moniales ipsę inuis, aut per alios foris sonare musicis instrumentis, præter Organa, & Harpicordium, quo ars Organo sonandi discitur.

Quę ad hunc titulum pertinere possunt, videantur tit. sequenti. & De clausura, &c.

De Monasterio Monialium, & eius partibus, tam ex decretis Prouinc. quàm instruct. fabricę.

S V M M A R I V M.

- | | | |
|---|--|----------------------|
| <p>1. De Clausura, &c.</p> <p>Loca inferiora que.</p> | <p>1 Monasterium nouum Monialium, ex decretis Prouincialibus qualiter edificandum, reconcinnandumue. & 2.</p> <p>2 Situs eiusdem ubi, ex instructionibus fabricę Ecclesiasticę deligendus.</p> <p>3 Loca inferiora, queq; superiora habeat: & que alia ab his distincta.</p> <p>4 Ariolum Capitalare, & nu. 36.</p> <p>5 Triclinium, seu Refectorium, & nu. 36.</p> <p>6 Cella uinaria, cum loco adiuncto.</p> <p>7 Coquina, cum cellis alijs.</p> <p>8 Locus lauationis manuum, & nu. 36.</p> <p>9 Locus calefactionis, & nu. 36.</p> <p>10 Locus laborum, & nu. 36.</p> <p>11 Porticus.</p> <p>12 Cella collocutionis.</p> <p>13 Fenestrix collocutionis.</p> <p>14 Ianua.</p> <p>15 Retia.</p> <p>16 Furnus. Et De clausura, nu. 20.</p> <p>17 Locus lauationis.</p> <p>18 Tonstrina.</p> <p>19 Locus Cancellarię.</p> <p>20 Promptuarium.</p> <p>21 Officina aromataria.</p> | <p>& qualia.</p> |
|---|--|----------------------|

Locus

22. Locus dormitionis, aut cellæ dormitorie. }
 & nu. 36. } & qualia.
23. Latrine. }
 24. Locus scholæ Nouitiarum. }
 25. Vestiarium. }
 26. Horreum, Granarium. }

 27. Valetudinarium. & nu. 36. }
 28. Locus educationis puellarum. }
 29. Viridarium. }
 30. Carcer, & locus secessionis. } & qualia.
 31. Locus interior, & exterior audiendæ con- }
 fessionis. }
 32. Diuersorium confessorij, & nu. 36. }
 33. Foresterij, Hospitiæ. }
 34. Diuersorium famulorum, & colorum }
 aduentantium. }
 35. Domicilium conuersarum. }
 36. Cautiones quæ adhibendæ in tota Monasterij edificatione. }
 37. Cautiones quædam de omni Ecclesiastica edificatione. }



Quando nouum monialium Monasterium con-
 struetur, hoc in primis curabitur, ut nulla fene-
 stra, nullauè specula alio, quàm intus Monaste-
 rij septum spectet. Quod septum non simplici
 pariete, sed ipsis claustris, porticibusuè claudat.
 In eius autem septi medio uiridarium magna
 ex parte constitui poterit.

4. De Monia-
 libus.

Ad huius formę modum Monasteria, quę iam exedificata sunt, quò
 ad eius fieri poterit, accommodari, reconcinnariuè, id Ep̄o curę sit.

2. Ecclesię Monialium adiunctum est illarum Monasterium: de quo
 demum restat, ut instructionem aliquam breui conscribamus.

Primo Monasterij huius situs deligatur, qui ex Canonis Agathensis
 cautione, procul, ut par est, absit cum à Monachorum, Regulariumuè Mo-
 nasterijs, tum etiam à Canonicalibus, Clericalibusuè edibus, Ecclesijs Col-
 legiatis, à turribus, à mœnijs publicis, propugnaculis, vallo, arce, & à præ-
 alijs edificijs, vnde etiam prospectus intrò esse possit. Laicali porro edifi-
 cio coniunctum, vbi fieri potest, nulla parte sit: sed aliquo intervallo disium-
 ptum, ac separatum.

Longè item à plateis, emporijs, omni foro, viaque denique qua iumenta,
 carrus, velicula, aliaque id generis crebrius agi, duciue solent, & à locis
 item,

Inst. fab. lib. j.
 c. 32. De Mo-
 nial.

item, vbi multitudinis, vel concursatio, vel conuentus, vel strepitus sit.

Rursus cautio etiam sit, ne eius monasterij positio eligatur in loco abdito, occulto, valdeq; admodum remoto ab hominū frequentia: ne praterca, quod sacra Tridentina Synodus à monasterij monialium ratione alienum censuit, extra vrbis, oppidi, alteriusue loci mœnia vlllo sanè modo.

3 Loca huius monasterij, omnibus partibus absoluti, de quibus infra sigillatim dicemus, hæc sunt, pro vario vsu distincta. Ac primo quidem inferiora.

Atriolum Capituli.

Triclinium, quod Refectorium dicunt.

Cella vinaria.

Coquina.

Locus Calefactionis.

Locus vasis aquarij ad manus abluendas.

Locus laborum.

Porticus.

Cella interior, & exterior ad colloctionis vsu.

Ianua.

Rota.

Furnus.

Locus lauationis.

Tonstrina.

Locus Cancellariæ.

Promptuarium.

Officina aromatariæ.

Loca superiora.

Locus Dormitionis, aut Cellæ Dormitoriæ.

Locus Scholæ Nouitiarum.

Locus Vestiarius.

Horreum.

Loca distincta.

Valetudinarium.

Locus educationis puellarum.

Viridarium.

Carcer, & locus secessionis.

Locus interior, & exterior confessionis.

Diuersorium item exterius colonorum aduenientium.

Diuersorium Confessarij Sacerdotis.

Ibi. de Atriō 4 *Atriolum, in quo capitularis monialium Conuentus habetumulo Capituli. gnum esse debet pro monialium numero, constitutis ab omni parte sedilibs*

Sess. 25. ca. 5.
de regul.

libus. Forma sit non oblonga, nec verò angusta; sed, quò ad eius fieri potest, quadrata specie potius; ut quando à præfecta cohortatio, monitionè sit undique commodius exaudiatur.

Suboscuro porius esse debet, quàm illustre: tum præterea picturis aliquot, pietatem excitantibus, ornatum; ab ea præsertim parte, in qua præfecte sedile collocatum est.

5 Triclinium, quod refectorium vocant, loco exstruatur, qui cæteris monasterij partibus commodior sit.

Ibid. De Refect. & cella vinaria.

Structura ampla fiat, quæ commodè capias non modo moniales omnes, ab omni parte parietum sedentes, sed aliquanto etiam plures, quas deinceps in monasterium pro illius amplitudine, facultatumque ratione recipi posse verisimile est.

Habeat à capite ornatum sacrarum imaginum, piè, decorèque pictarum: ab uno etiam latere suggestum, in medio pariete exstructum, unde sacra lectio commodè in omni parte audiatur.

Fenestras item ab utroque latere, unde lux hauriatur.

6 Cellam præterea vinariam subitus exædificatam; quæ fenestras iidem habeat, ordine, rectèque partitas.

Utrique loco, Triclinio scilicet, & Cella Vinaria, locus alius prope esse debet, is que vsui præfecte celle vinariae, ad lagenas, crateras testaceas, vasque eiusmodi vinariae, & aquaria reponenda: aut, si fieri potest, ob eum ipsum usum chors paruula cum puteo.

7 Coquine positio, aut maximè potest, triclinio propè sit, ut inde per fenestram, aut paruulo vestibulo interiecto, fercula, lancesuè exponantur monialibus, in triclinio ministrantibus.

Inst. Ibid. De Coquina.

Eius situs amplè patere debet, camino, qui illius magnitudini proportionè respondeat, exstructo, clibano item paruo, in quo esculenta coquantur.

Huic coquinariæ structura loca hæc ad eiusdem usum adiuncta esse debent, cella, ubi cocti cibi dimensio sit; cella promptuaria, penariauè esculenti, obsoniue quotidiani: locus ad lances, ollas, vasauè escaria lauanda; & chors præterea ab alijs separata cum puteo: unde si aqua tubulis ligneis ductilibus hauritur, adhiberi, accommodariuè poterunt canales plumbei, aut lignei, alteriusuè generis, per quos, prout opus erit, aqua in locum lauationis, & in coquinam ducatur.

Alia item chors exstruetur ad gallinarij usum.

8 Locus vasis, labriue aquarij, ad quem moniales, antequàm mensæ benedicant, manus abluturæ conueniunt, à triclinio, & ab atriolo capituli, non longè exstrui debet, ea porrò magnitudine, quæ monialium numero respondeat.

Ibid. de loco lauat. Mon.

Quo loco malluiniim, vas scilicet aquarium, vel marmoreum, vel eneū, alte

alteriusuè generis, in pariete agglutinatum, totidem papillas habeat, quòt eius longitudo requirit: subtus ex ædificato præterea sinu aquario cocæno, & acclivi, vnde perforamina aqua, è malluio effluens, aliò derinetur.

Ibid. de loco
Calef.

9 Locus calefactionis, quem hypocaustum dicunt, caminata scilicet strætura, vbi, igne succenso, moniales per hyeme ad calefaciendum conueniunt, ex ædificari potest; non longè à triclinio & loco lauationis manuum: isque tantæ magnitudinis esse debet, quanta numerum earum capiat.

Camini struibilem, quaquaversum latè patentem habeat, aut parietibus hærentè, aut in medio extructum; vt ab omni parte locus sit ad calefendum.

Ibid. de loco
lab.

10 Loci laborum, quò ad opera, manibus elaboranda, moniales certis horis conueniunt, situs illustris esse debet, nec ab vlla parte suboscuro, vt vndique lumen hauriatur, quod in laboribus conficiendis, & in operibus, vel contextendis, vel acu pingendis, elaborandis uè necessariò requiritur.

Sit item per amplius, & structura eiusmodi, qua locus luminosus reddatur.

4. De Monialibus.

In vnoquoque monasterio, vbi neque locus communis vestium; neque alter est item, in quo operibus elaborandis moniales exercentur, vterque quàm primùm fieri potest, consiliuatur, conseruaturve. Reliqua videantur in tit. de Præfectis, & alijs ministris Mon.

Inst. Ibid. de
Porticibus.

11 Porticus simplices sint, nempe è simplici columnarum, aut pilæstratarum ordine constructæ: atque adeò structura omni humili potius, quàm magnifica, & sumptuosa: ab omni parte ductæ, quadri formam præbeant. Hæ, vt alia supra expositæ ædificationes, tecto laqueato, alio uè ligneo opere constare possunt: at ob perpetuitatem, tum etiam, vt periculum incendiij cautiùs euitetur, opere fornicato potius fieri debent.

Inst. Ibid. de
Cellis collocut.

12 Cella collocutionis, & interior, & exterior, loco non semoto, neque abdito, sed publico, perspicuoque extrui debet, ac propè monasterij ostium auditorij.

Interioris Cellæ fenestræ lumen à monasterio intrinsecus excipiant; exterioris verò à parte, quæ extrinsecus est. Porro illa cautio adhibeatur, vt præter vna, plures uè fenestras, ad collocutionem accommodatas, in pariete, inter vtramque cellam interiecto, nulla omninò alia inlit.

1. De clausura, &c.

Ostia locorum, quæ collocutioni solum, etiam intus, & foris sunt attributa, semper clausa sint: quorum claues sint apud antiquissimam earum monialium, quæ audiendis sermonibus sint præpositæ. Nec, nisi cum opus sit longiori collocutione, aperiantur. Cæterum ianuitrix ex clathrata ianua fenestellula, ianua tamen clausa, rotatiæ ex rota respondebunt pulsantibus.

Inst. Ibid. de
fenestris collocutionis.

Loca autem intus, & foris collocutioni attributa, cum ibi sint, qui loquantur, semper pateant, vt, quinàm sint, videri possint.

13 Fenestra collocutionis benè munita sit opere clathrato ferreo dupli-

unciarum circiter duodecim intervallo inter unum, & alterum interiectis. Opus verò clathratum eiusmodi sit, ut spissi clathri, firmiter infixi, inter se singuli, non amplius distent unius tribus.

Instruatur præterea lamina ferrea: quæ latius paulò, quàm fenestra, undique patens, à parte monasterij intus parieti infixæ, firmiter bitumine agglutinata, clathrato operi interiori adhaereat. Sit verò plena aliquot foraminibus magnitudine ciceris, iisdemque inter se distantibus spatio unciarum circiter trium.

Habeat item fenestellulam, in medio exstructam, uncias sexdecim undique patentem: quæ sera, recte, & clauæ claudatur.

Obducatur item fenestra, intrinsecus tela, nigri coloris affixæ instrumento telari, quod aperiri queat.

Quibus porò in monasterijs illud ordinis, regulæque institutum est, ut è fenestra colloquutionis nullus monialium conspectus detur, in ijs illa fenestra, simplici tantum opere clathrato instructa, & lamina ferrea obducta sit, quæ nullam fenestellulam habeat, & telare eiusmodi, quod non aperiatur.

Monialibus nulla quidem nimia diligentia uideri debet ad eius thesauri custodiam, cuius causa propinquis, rei familiari, ac terrenis omnibus rebus, curisque renunciantes, in septa Monasterij, se incluserunt. i. Vt supra.

Utigitur sanctum earum propositum, ea ex parte, quæ diaboli insidijs maximè patet, communiatur, curent Episcopi, ut ad omnes fenestellas, ubi colloquendum sit, duo ferrei clathri, seu cancelli construantur, qui saltem palmo distent, alter ab altero.

Inter virgas ferreas, quibus singuli cancelli compacti sunt, nõ plus omnino, quàm uncia intersit. Sint autem virgæ ità solidæ ut neque facile frangi, neque flecti possint.

Intimo verò cancello, quo moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur, quæ moueri nequeat; sitque exiguis foraminibus, ad audiendi tantum commoditatem perforata, cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestræ, quæ aperiri possit, cum erit colloquendum apponatur.

In ea lamina fieri possit quadrata fenestellula nouem tantummodo unciarum, cuius clauis à præfecta custodiatur: neque eam fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendum sit cum Episcopo, vel ordinis superioribus, aut cum parentibus, & fratribus monialium, & alijs arcta propinquitate generis coniunctis: aut cum instrumentum aliquod confici, uel sacrum sermonem audiri oporteat.

Quod uerò ad huius fenestellulæ concessionem attinet, excepta sint monasteria, quorum moniales, vel lege, vel consuetudine ab externis hominibus conspici numquam solent.

Ne

4. De Monia. Ne fenestra laminæ ferreæ, vt primo Concilio Prouinciali cautum est, vniquam aperiatur, nisi perrarò, & ob causam, quam vrgentem Episcopus iudicarit.

Loca collocutionum interna, parlatoria, vulgo vocata, quæ in posterum fient, vna, eademque spacij circumscriptione, nullo interiecto pariete, contineantur, & ad formæ, qua iam pleraq; exædificata sunt, modum accommodentur, vbi id non magno incommodo fieri poterit, vt ab eisdem auscultatricibus omnes possint collocutiones exaudiri.

Inst. fab. Ibid. *Vbi ob monialium multitudinem duabus, tribusue, aut pluribus ad collocutionem fenestris opus est: eas vno in loco, cellauè, si commodum est, intus extrui expedit ad rationem præscriptam: ita tamen, vt recta, ordineque longè ducta, spacium inter se habeant quattuor, vel quinque cubitorum. Distingui tamen, ac separari ille poterunt pariete interiecto, si modo in eo fenestra, aperturæ sit, vnde monialis, ad clathratam collocutionis fenestram colloquens, ab alijs, quæ in cæteris deinceps fenestris colloquuntur, rectè conspiciatur.*

Nec verò rota ductilis in villo collocutionis loco imponatur, constituturue, nisi in vno tantum, nempe in fenestra, ad eam rotæ collocutionem potissimum accommodata.

4. Ibidem. Si verò loca, vt dicunt, parlatoria complura erunt, in vno tantum, aut in altero ad summum, superiorum indicio rota sit.

6. Quæ ad Monial. pert. Collocutionū loca in monialiū monasterij, tam intrinsicè, q̄ extrinsecus constituta clauis clausa perpetuò sint; nisi cum ibi quis est collocutionis cā ex facultate legitima. Clauis autē apud præfectā custodiatur.

Vt autē, quod de verito ad monialium monasteria accessu cautum est, certis diebus iure seruetur, clauis et adhibeatur ostio loci exterioris collocutionum in monasterijs: quæ clauis, noctu præsertim ab Ep̄o committatur Cōfessario, alijue pio viro arbitrato suo. Is verò illis diebus ne aperiatur, neque clauē aperiēdi tradat, nisi facultatē Ep̄i scriptā exhibenti.

4. Ibidem. 14 Monasteriū ianuas, per quas ad illius septa aditus pateat, duas habeat, & alias prætereā nullas. Quarū duarū ianuarū, vna iumentis, curribus, vehiculisque agendis, altera alijs vsibus, & commodis necessarijs inseruiat. Quò autem in monasterio vna tantum ad omnem tūm actū, tūm vsūm satis esse videbitur, in eo illa dumtaxat vna sit.

Ianua vtraque è duplici assere, eoque firmo constet, ac sine vlla iem sit, ne minima quidem rimula. Limen è marmore, solidouè lapide habeat, quod strictim ipsi portæ coherescat.

Ianux curruū, iumentorūue altera & asserebus firmis, ad cæcellis specie confecta, in monasterio ipso adiungatur, q̄ à prima ianua paululu distet, formaq; sit in fabricæ Ecclesiasticæ instructionibus demonstrata.

Ad ianuam alteram, alijs vsibus accommodatam, cui rota, quem tur-

num

nam vocant, adiungitur, moniales duę semper assistant, quę ianitrices constituentur.

Singulę hæ tres ianue clauibus duabus, fabrili opere inter se diuersis, claudantur, quarum vnam etiam die, monasterij præfecta, alteram monialis, quę professione anterior est, apud se perpetuo habeat.

Ianue septorum monasterij die clausę sint vna saltē clauē; quę ab antiquiore ianitrice custodiatur, vt cum opus fuerit, aperiri possint. Nequamquam autem aperiantur; nisi duabus ianitricibus præsentibus. At noctu duabus clauibus diuersis claudantur; quarum altera asserte- tur à præfecta, altera verò ab eadem ianitrice antiquiore. Cum autē ianue aliqua necessaria causa aperiuntur, moniales non audeant eò accedere, vt externum quidquam aspiciant, vel cum vllò omnino, aut ma- re, aut femina colloquantur. Quę id ausa fuerit, includatur in cel- lam, vbi tamdiu sit, quamdiu superiori videbitur, qua pœna etiam ple- ctatur ea, quę ianue præposita est, si aut id permiserit, aut eiusmodi pe- tulantiam statim ad superiorem non detulerit.

Quò autem sanctior huius clausurę cautio adhibeatur, Episcopus, vbi expedire censuerit, pessulum vectemue ostijs singulis clausurę ab exteriori parte claudendum apponi mandet arbitrato suo, clauem- que noctu præferum ei committat, quem fidum, probum, aptumque esse iudicarit.

Ianue duę tantum, vt par est, in monasterio struantur; vna, quę audi- torij dicitur, vsui ad ingressus necessarios, altera ad iumenta, currus, vehi- culandę agenda.

Illæ prior loco non obscuro, neque occulto, sed conspicuo, omnibusque monasterij partibus commodo fiat; nec verò amplè pateat: valuis bene firmis, duplici assere confectis, & vectibus, pessulisue binis, & clauibus, fabrili opere inter se differentibus, claudatur. In ijs porrò valuis ostiolum præterea construatur; idemque firmissimis valuis, sera, aut vecte, pessu- lo, clauęque duplici, ac diuersa, munitum; vt nè ob rem minimam ianua grandior aperiatur, patefiatue necesse sit.

In his valuis insit exigua fenestricula, vel orbicularis, vel quadran- gularis, vel alia quauis forma: nec amplius vndique pateat quinque, aut sex uncijs. Muniatur lamina ferrea, minutis foratibus, grano milij non maioribus, plena: intrinsecus præterea obtegatur crassa tela, aut tenui tabella; quę reuolui possit, cum foras prospectatur. Situs autem ianue huius is esse debet, vt inde, cum fores aliquando aperiun- tur, nullus monialibus prospectus in viam publicam esse possit, sed im- pediatur, obstruaturue atrio aliquo interiecto: aut ianua à latere ali- quo fiat, vnde non recta eò spectetur; sed in aliquem vestibuli parietem proximum.

1. De Præfe- ctis, & alijs Minist. Mon.

6. Vt supra.

Inst. fab. Ibid. De ianuis.

Ianua porro limen è marmore, lapideū solido sit, atque eiusmodi, quod strictim illam attingat.

Antepagmenta item vtrumque ianuae latus firmiter muniant: ab omni que parte valuis arctissimè cobærescant.

Rimæ præterea tum ianuae, tum ostioli, ita benè compactæ, commissuræ esse debent, ut nullum nè tenuissimum quidem, conspiciendum insit.

Huic ianuae proxima esse, struendè debet paruula cella: vbi ianitrices opus faciunt, indeque fores pulsantibus præsto sint, ut respondeant.

Proximè item rota constituetur, quæ ad eam ianitricium cellam, aut ad locum proximum spectet.

Ianua altera vehicularis, loco item conspicuo, exstruatur, tanta sanè magnitudine, quanta vsui esse potest; ad vehicula, cistia, plaustrauè agenda.

Limine lapideo, ut supra, marmoratouè constare debet, ut nè exigua quidem rei exitus relinquatur. Nullum verò ostiolum pl. nè habeat.

Valuis duplicibus, vectibus firmissimis, clauiumque duplicium, ut opere fabrili distinctarum, firmitudine, ut altera, instructa sit. Præterea opus valuarum duplicatum in vno pariete adhiberi potest, vnum scilicet intrinsecus à parte monialium, alterum forinsecus à via publica.

Ianua hæc ad eam monasterij partem struatur, vbi, & lignile, & cella carbonaria ad coquinæ vsū, & apotheca vinaria commodè esse possit.

Procul ab hac ianua, quattuor, aut quinque cubitis, intus in monasterio transfenna ex aseribus querneis, roboratis, ijs singulis, spacio vnicuiusque circiter trium inter se distantibus, aut ex alia firmissima materia, eodem intervallo, conficiatur: quæ vsque ad ianuae culmen altè ducta, vectibus suis, sera, & clauibus, benè claudatur.

4. De Monia. 15. Rotæ omnes amoueantur, atque obstruantur, ac in posterum vitæ perpetuè sint, præter illam, ianuae communi adiunctam, & alteram in loco, quem parlatorium vocant, exstructam; & tertiã, quæ est in cellula confessionum, & quartam in Ecclesia ad sacras vestes, & ornamenta Missæ sacro necessaria è monasterio exponenda accommodatam.

Cibus verò in omni monasterij hospitio, etiam Confessarij, è rota communi exponatur.

Singulis rotis à parte anteriori monasterij vncus firmiter impactus sit, nè pro libito verti extrinsecus queant.

Si verò loca, ut dicunt parlatoria, &c. ut supra, nu. 13. in fi.

Rotæ, quæ in Ecclesiam spectat, valuae lignea binae apponantur, alteræ interiores, quarum clavis à præfecta tenetur, alteræ exteriores, quarum clavis apud Capellanum sit, aliumuè, qui superiori videbitur.

Rotarum altitudo nè maior sit cubito, & vncijs octo; latitudo autem cubitalis.

Rota confessionū minor ab omni parte sit dimidia præscripta quantitate.

Rota,

Rota, vel in Ecclesia, vel propè ianuam, vel alio loco ad præscriptum constituta, aut aenea sit, aut lignea, ab omni parte laminis, quas de tola dicunt, diligenter vestita. Alè pateat cubitum, & uncias octo: latè cubitum item: at ab ore nè latius uncis sexdecim. Tota denique rectè commissa, apèrte compacta sit; ut nè rimula quidem ab vlla omninò parte sit, appareat, vnde foras spectetur.

Inst. fab. Ibid. De Rotis.

Intrinfecus à parte monasterij vncum ferreum, aut vectem parvulum firmiter infixum habeat, quo obfirmetur; nè forinfecus circumagi possit, nisi à monialibus, quæ intus sunt, relaxetur.

Claudatur etiam ab interiori parte firmis valuis, vecte, sera, & claue.

16 Furnus à loco cubiculari, quem dormitorium vocant, & vestiario, ut longissimè pro situs ratione potest, exstruatur, nè vllum incendij periculum inde creetur.

Ibid. De Furno.

Huic propè struatur farinarium, loco vel superiori, vel inferiori, vel alio quouis commodiori: alter item locus, vbi incernicula, cribra, ceteraque instrumenta farinaria reponuntur: nisi farinarium eiusmodi sit, quod hec etiam commodè capiat: tertius præterea locus erit panificij, vbi panis scilicet fit, & fermentatur: isque vndique benè conclusus, & constipatus. Huic panificij loco, & puteus, & parvulus furnus cum abano coniuncti sint.

In præfurnio foramen cubitale insit, per quod carbones candentes, omnisuè pruna furnaria in fossam, subius fornice substructam, demittatur.

À parte superiori furni, parvulum vaporarium, vulgo la stufetta, exstruatur, quod multiplici vsui esse poterit.

Nec verò in exadificatione furni, negligenda ratio est loci, vbi ligna arida, aliaque materia commodè esse possit, ad furni calefaciendi vsu.

In vnoquoque, vide infra, de Clausura. nu. 20.

17 Locus lauationis viridario, hortisue proximus esse debet, ob id commodi, ut quæ lota, madidant sunt, in ijs loco aprico expandantur, soli que exponantur. Si horti desunt, structura fiat, ad quam gradibus, scalisue ascendatur: vbi à summo, porticus pensiles sint, longuiss, perticisue rectis, ac transversalibus distincte: vnde vestes, stragula, linteamina, & alia lota id generis quacumque, soli exposita, pendeant, ut assiccescant.

Inst. Ibid. De loco lauat.

Hæc porò structura loco aprico sit, non sublimis admodum, ut nè inde aliorum extra monasterij fines prospectus fiat. Si quando verò is lauationis locus, præ situs angustijs, exstrui in plano monasterij non potest, subius commodè exstruatur.

Porò lauationis locus amplè satis patere debet, pavimento etiam latericio, aliæ materia constratus: habeat puteum, vnde tympano, quod

rota haustoriae genus, la tromba dicunt, aqua hauriatur: habeat item la bra aquaria lapidea, furnulos, clibanos uē cum abenis. Huic loco sub sternatur fossa, lacunauē, profundē, amplēque effossa, in quam aqua diffusa descendat.

Huic etiam coniuncta sit cella carbonaria: è qua carbones promantur ad abena calefacienda.

Ibid. de Ton 18. Lauacri loco propè esse conuenit couicicum, nempè tonstrinam, ubi
strina. moniales capita lauent.

Sit in tonstrina caminus, furnus exiguus, abenum furno impositum, ad lixiuij conficiendi usum, & receptaculum aquae sordidae.

Ibid. de loco 19. Cancellaria situs deligatur loco monasterij commodissimo, & lumine
Cancellariae. so admodum: quo loco benè materiata cella exaedificetur: ubi praefecti monialium conueniant ad computandas, subducendas uē monasterij rationes.

Sit haec cella, tabularum cōstructione vndique cincta, sit tybis, armarij, ac forulis distincta: in quibus Codices rationum monasterij, aduersaria, volumina accepti, & expensi, scripta, instrumenta, actauē publica, ad monasterij ius quouis modo pertinentia, accuratè asseruari possint; & arca item nummaria, aliaque praeterea id generis.

Binis clauibus, seris totidem, vestibibus etiam binis, duplicibus quoque firmissimis foribus claudatur.

Ibid. de prō- 20. De cella penaria, ad esculenti quotidiani usum accommodata, dixi-
ptuar. mus: sed habenda etiam ratio est promptuarij, loci scilicet, ubi frugum, leguminum, olei, & aliarum rerum, quae ad annonaria cibaria pertinent, annona reconditur; indeque rursus, prout usu uenit, promitur.

Promptuarium hoc exstruatur loco semoto: opere tectorio, gypsatou vndique dense ita incrustetur, ut nè rima quidem usquam appareat; quo cautius muribus, foricibus uē omnis foratus penitus praclusus sit.

Habeat capsas, cistas, fiscinas, & vasa quaeque repositoria, suis locis distincta.

Claudatur duplici sera, claueque diuerso opere confecta.

Ibid. de offic. 21. Monasterij vsui officina aromataria, medicamentaria uē esse potest:
ar. in qua, etsi non omne medicinae genus asseruatur; ea tamen simplicia medicamenta, quae facile conficiuntur, quaeque ad subitanei morbi accessiones depellendas, aut mitigandas valent, inesse debent.

Huius officinae medicamentariae situs procul sit aliquantulum ab Ecclesia, à loco laborum, ab omni denique monasterij parte, quae strepitibus exposita esse non debet; cum haec ob herbarum contusionem, medicamentorum confectionem, multiplicem mortarij situm, frequentemque conuersionem, ab illis vacua non sit.

Loco exstruatur non astuoso, sed subalgido potius.

Distincta sit intus asseribus, parieti agglutinatis, infixis uē certo aliquo spacio

Spacio singulis inter se disinctis: inter quos transversales tabulae aliquot, firmis fulcimentis subnixæ, infigantur: in quibus tamquam certis repositorijs, vasa queque aromataria ordine collocentur.

Huic officinae propè adiuncta sit parvula cella: ubi aqua distillata, & reliqua vascula unguentaria, medicamentariauè asseruentur. Hæc verò cella suppleat, si quando officina, tabernaculè, vasa hæc non capit.

Altera præterea subfrigida iidem, ubi herbae, vasaque ad distillandi usum reponuntur, & carbonum aliquantulum.

In vna ex his cellis caminus struatur.

Aquariolum item sit, unde aqua in suffosam lacunam deducatur.

Si præterea cohortis cum puteo locus dari possit; multum afferret commoditatis: si minus, hæc aromataria officinae structura propè perfectum fiat. Atque quidem de inferioribus monasterij partibus: nunc ad superiores transeamus. Medicamenta, vide infra de Clausura. nume. 53.

22 Superiores monasterij partes initio commemorauimus: in ijs potissimum cautio diligens, certa que ratio habenda est atrij cubicularis, quod Dormitorium dicunt. Primò igitur eius situs loco deligatur, qui non patitur cæli gravitatem; sed ad eam partem vergat, ubi pro climatis ratione, aer non aduersus sit, non crassus, non concretus. Sit verò in primis nulli seruitui expositus, ut aliunde introrsum prospectus detur: aut eius luminibus extrinsecus alia parietis, ædificijquè substructione officiantur: neque rursus inde aliorum prospiciatur.

Inst. Ibid. De super. Monast. part. &c.

Atrium cubiculare, prout structuræ inferioris ratio fert, monialiumque numerus postulat, triplex, aut quadruplex erit; ita ut in omni clausura parte vnum sit: idque tanta latitudine, & longitudine quanta est ædificatio locorum inferiorum.

Ab vnoquoque atrij capite fenestrae grandiores, unde lux hauriatur, struantur, à pavimento præalta sex, aut septem cubitis. Firmiter verò clathratae sint, & opere præterea vitreo pellucido obductæ, operæuè: ita tamen, ut superior earum pars ad aeris conclusi enaporationem aperiri aliquando possit. Sin autem ab atrij latere aliqua fenestricula etiam opus est; fiat ab ea parte tantum, quæ in claustrum vergit.

Atrium vnumquodque in partes diuisum, exiguis cellis distinguetur: quæ singulæ, quinque aut sex cubitis amplæ, storeis, dense contextis, aut telis, tentoriolisuè expansis separabuntur.

Quod si atria dormitionis communia, sicut ita fieri debere, instituti antiqui ratio suadet, non fient; sed propriae cubiculares cellæ separatim, distincteque exstruentur; eæ inter se proximæ; coniunctæque esse debebunt, & ordine ab utroque latere ductæ, adiuu medio interiecto, in quadrum, si

feri potest, desinent. Hæ, nè amplæ sint, sed ab omni parte cubitorum circiter septē magnitudine, paruulum lectulum capiant. Simpliciter, humilique structura sint, nullaq; pictura. Fenestriculam vnā tantū habeant singule.

Ostiolum item, quod non sera, aut uecte claudatur, sed pessulo, quod alzapiede dicunt, valuis ita affixo, vt forinsecus funiculo attracto facile aperiat. Caminum verò nullum omninò.

4. De Monialibus.

Caminus si quis in priuatis cellis extructus est, perpetuò ita obstruatur, vt in eo ignis accendi nullo modo queat.

Inst. Ibid.

Si quādo maiori aliquanto amplitudine eæ cellæ struendæ erunt, tantio omninò adhibeatur, vt in ijs spacium detur, quod lectulos tres saltem capiat, vel plures arbitrarij Superioris; duos autem dumtaxat nullo modo.

Cantio præterea sit, vt fenestra nulla struatur, vnde extrà monasterij fines spectetur: si quæ verò aut in vlla cella aut alio loco superiori fiat necesse est, è qua, vel in hortos, vel in loca proxima prospectus sit: vbius fenestrae artis clathra ferrea vndique insigantur firmissimè: quibus forinsecus spacio cubiti vnus, & dimidiū opponatur transfenna, è marmore, aut è laminis ferreis confecta, foraminibusque vncialibus plena, & totam fenestram ab omni parte complectens, parieti suffixa, cohareseat.

Nulle porò, nè exigua quidem fenestricula, neque in inferioribus, nec in superioribus monasterij partibus extruatur: vnde in viam publicam prospectetur.

Atria denique dormitionis siue communia, siue cellis proprijs distincta, eam structuram habere debent, vt vna scala tantum, aut duabus ad summum, eò ascendatur: sicque illarum foribus, aditibusque clausis, nullus alius præterea aditus insit, per quem ad ipsa atria ingressus, ascensusue fiat.

4. De Monia.

Antiquus, & probatus communium dormitionis locorum vsus, vbi fieri commodè potest, restituatur, & ad pristinam cōsuetudinē reuocetur.

1. De Comuni vitæ vsu.

Vniuersæ moniales, si fieri possit, vno loco dormiāt, à præfecta aut à vicaria optimè concluso: cuius clauis ab ipsa præfecta afferentur.

Singule autem in singulis lectis omninò dormiant, & in singulis etiam cellis; si tanta ibi sit copia cellarum, vt omnes capere possint.

Cellæ verò diū, noctuque apertæ sint; vt præfecta in singulas horas inspicere eas possit.

4. Ibid. c. Nec in cellulis.

Quibus in cellulis, alioquē loco priuatim non reponatur quicquam, custodiaturuē, quod eo ipso tempore necessarium non sit.

1. Ibidem.

Dato autem signo eundi cubitum, locoque vbi dormitur, clauso, præfecta, aut eius vicaria, aut aliqua ex Discretis, omnes cellas visitet; vt, an omnes suis dormiant locis, animaduertat.

Inst. Ibid. De Latrinis.

23 His dormitionis locis, situ semoto, latrinæ proxime ita constructur, vt certa sedilia habeant; quæ singula, intermedio aliquo interiecto distincta,

distincta, secessum exiguum præbeant, in quem monialis se coniiciat, nè à cæteris conspiciatur.

Totus verò is latrinarum locus non modo conclusus, sed benè conslipatus esse debet, ut neque conspectus existat, neque teter odor.

24 Situ, ab atrijs cubicularibus separato, & à monialium frequentia paululum semoto, gynæceum novitiarum construatur; locus scilicet scholæ ubi illæ degant. Qui locus, amplè patere debet; tum ad eam partem vergat, quæ cæli salubritatem habeat: benè verò conclusus, latrinas suas habeat, & cæteras partes, vsui necessario accommodatas.

25 In vnoquoque Monasterio, &c. suprà nu. 10.

In loco vestiario indumèta cuiusvis generis, vestesq; oēs asseruètur. Loco aprico extrui debet vestiariū commune, ab utroque latere fenestratum: in quo vestiario lanæ vestimenta tantum seruentur.

Vndique cinclum sit armarijs altitudine quinque aut sex cubitorum, ordine præterea, rectèque distinctis: quæ singula forulos suos habeant tantæ longitudinis, quanta statà longitudo est vestitus monialis.

Pro vestiarij foribus porticus, longè ducta, & aperta sit: ubi forinsecus instrumentis ferreis, parieti certo interuallo suffixis, collocatisque inter unum, alterumque instrumentum longurijs, perticisue transversalibus vestimenta certo tempore inde pendeant, atque excutiantur.

Huic vestiario cella item vestiaria innèta esse debet: in qua vestes linteæ, omnisque lintea suppellex, recondantur: si modo vestiariū, suprà demonstratum, ea magnitudine non sit, quæ capsas, armariæque suppellectilis lineæ distinctè capiat. At verò ubi potest, potius esse debet, ut hac à vestiario distincta sit.

Tertia præterea cella vestiaria adiungi debet, suis itidem armarijs vndique instructa: ubi lodices, culcitrae, cæteraque id generis obstragula, ac vestes pelliceæ, distinctè, distributèque reponantur.

At cella hæc non situ aprico, sed algido potius struenda est.

26 Granaria struantur loco, ianue proximo: eorum scala situ conspicua sint: fores benè firmæ, duplici claue, sera, & rectè singulæ claudantur.

Quo in granario, neque alio monasterij loco, nè triticum, neq; aliæ fruges, præterquam ad monasterij usum, & necessitatem asseruentur.

27 Expositis inferioribus, & superioribus monasterij partibus, reliqua etiam loca, & domicilia sunt, quæ ab illis seiuncta aliquo modo esse debent. Ac primum quidem de valetudinario dicemus.

Porrò valetudinarium, locus is scilicet, in quo valetudinariæ, ægritudineque affectæ, vel conualescentes moniales curantur, extrui debet in situ non interiori monasterij, sed paululo remotiori, quam proximè ianue auditorij, at loco in primis salubri.

Hæc valetudinarij structura partes item habebit tum superiores, tum

B b b 4 inferiores,

Ibid. De loco scholæ Noui.

4. De Moni. Inst. Ibid. De vestiario.

Inst. Ibid. De Gran.

4. De Mon.

Inst. fabr. De Valetudin.

inferiores, triclinium videlicet longè patens cubitis circiter viginti; late pro ratione longitudinis; coquinam unam, cellam promptuariam unam, cellam lauationis unam, chortem cum suo puteo unam, lignile unum, porticum unam, cellas binas, ternas uè inferiores, que mediocri magnitudine, singula tres lectos capiant, & caminum præterea habeant, aut singula, aut binæ. A superiori autem parte cellæ cubiculares sint quattuor, aut sex, moderata etiam amplitudine: eæque item, ut supra, camino instructæ sint: habeantque secessum latinarum paulo supra descriptum.

Vbi præterea ad valetudinarij huius usum, locus paruulo viridario dari potest; bene consultum esset valetudinariæ huic structuræ: cuius totus ambitus, ostio tantum constans, foribus unis claudatur.

4. De Monia.

Communis illæ curationis egrotantium locus, quem infirmariam uocant, ubi adhuc exedificatus, exstructus uè non est, quàm citissime potest, constituatur, extruatur, edificetur uè. Extra cuius loci fines monialis egrotans nè cubet; at valetudine recuperata illic nè diuuius moretur deliciarum causa.

Inst. fab. Ibi.
De loco edu-
puellarum.

28 Quibus in monasterijs puellas, in monialium disciplinam traditur, educari permissum est; ibi certum ipsi domicilium construatur, ubi distinctè à monialibus alantur: omniaque ab illis, præter Ecclesiam, separata habeant. Id sanè domicilium partibus his constet, atrio exigno cum suo camino, cella penaria, chorte cum puteo, & parua porticu, ligniti, & cubiculis inferioribus binis; à superiori parte, atrio dormitionis, aut aliquot grandioribus, que singula lectulos tres saltem, quattuor uè, aut plures, nec pauciores capiant.

Huius domicilij circuitus, unis tantum foribus contineatur.

Viridarij etiam locus, ubi esse potest, commodè erit.

4. De Monia.

29 Horti, qui in monasterijs monialium ample nimis parent, quotidianaque hominum opera, atque cultura opus habent, ubi fieri potest, in angustiores fines concludantur.

Inst. fab. Ibi.
de Hortis vi-
ridatione
Mon.

Horti monialium ob multa violandæ clausuræ pericula non esse debent vasta amplitudine. Cum enim præ vastitate non facile possint parietibus cingi; id fit ut in monasterij partes vulgò pateat, & aditus & prospectus. Sint igitur spacio centum cubitorum, aut paulò amplius ab omni parte. Undique parietibus cingantur crassitudine cubiti unius, & unciarum octo, altitudine non minori sexdecim cubitis, eaque à superficie terræ ducta.

Nec verò, etiam si horti circumcingi commodè, facilèque possint, prescriptum cubitorum centum spacium eos excedere conueniens est; ut nè, cum præ magnitudine à monialibus conuersis uè, que intra monasterij claustra degunt, coli, conseruè non queant, necesse sit, contra clausuræ regulas, rusticos, exteròsque operarios ad eorum culturam, consitionem uè introduci.

Nè taleæ, nè planta aliæ, nè vites, nè arbores cuiusvis generis propè parietes conserantur intrinsecus, neque uerò extrinsecus; nisi interuallo distantes cubitorum ad minimum sex.

Neque in eorum fundo arbores grandiores serantur; sed arbuscula humiliora, eaque rariora.

Nec lignorum strues in us fiat, non paleæ, non fœni aceruus.

Non prætereà tugurium ullum, non casa queuis, vel humillima, firmitur.

Nec fœnifecio, pratouè fundus eorum destinetur: sed perpetuo eiusmodi sit, in quo holera, herba medicæ, & coquinariæ, non uoluptariæ serantur.

Si per hortos, fossa, canalibusuè aquæ deductio sit: cautio sit, ut ille aqueductus firmissimè operiatur aliquo lapideo, cæmentitiouè opere, ducto ab ore, quo aqua influit, longè cubitos circiter sex, & foris, & intus dimensus. Os uerò, per quod ab initio illius lapidei operis confluit aqua, & alterum, unde in illius fines effluit, cancellis ferreis, utrinque muniatur. Itidemque fiat in extrema ea hortorum parte, unde foras erumpit.

Rursus idem aqueductus sine ullis clathratis cancellis fieri poterit, si totus tanto spacio tegatur, quantus hortorum fundus est, per quem aqua fluit.

Si quam autem deductionem inde fieri opus est, uel ad hortorum irrigationem, uel ad lauationis usum; riuusli aliquot deriuari per minuta foramina poterunt, quò uolunt, riuusque ad aqueductum reduci.

30 Monasteria, ut olim etiam habuerunt, carcerem firmum habere debent, in quem si quæ monialis, aliquando à disciplina aberrans, flagitiosè egerit, pro culpæ grauitate detrudatur.

Infr. fab. Ibi.
De Carc. &
loco secess.

Porro carcer à uia publica, & ab ædibus item uicinie procul erit, sed intima superioris monasterij parte, quæ à monialium etiam frequentia, & concursu remotior sit.

Benè munitus, benè materiatus, benèque fornicatus, fenestriculam cubitalem, firmiter clathratam, aliè à solo exstructam habeat, unde parum luminis excipiat: ostiolum autem, binis munitum ualuibus, in quibus interioribus fenestellula minima insit, binisque seris, ac binis uectibus clausum.

Compedes etiam, ut in antiquis etiam regulis cautum est, habeat, & manicas ferreas, quibus uinciantur, cum opus est, in carcerem coniectæ.

Nec uerò in carcere caminus, neque foramen aliud insit; nisi latrina angustis tubulis substructa.

Non longè à carcere locus secessionis sit, isque & liberior, & commodior, quàm structura carceris. Quo in loco moniales, à cæteris semotæ, aliquando salutarem penitentiam ob leuiore culpas peragant.

Atque

Inft. Ibid. De
locò aud. fa-
ctæ confeff.

31 *Atque hætenùs quidem de monafterij partibus : nunc fequitur, ubi dicamus de locis adiunctis . Eft igitur primùm habenda ratio loci, in quomoniales confitentur . Cuius loci fitus , paululò ab Ecclefia remotior, cellam alteram forinsecùs iunctam habere debet , ubi confeffarius Sacerdos earum confeffiones audiat .*

Locus porrò interior , ubi moniales confitentur , à parte inferiori fit, ne fealæ afcenfu opus habeant, benè verò pavementatus fit , aut opere fornicato fubtus confitet, nè humidus , vliginofus uè fit ; ab omni item ftrepitu valdè admodum femotus, atque adedò vndique accommodatus, vt nè monialis confitendo audiri à quoquam alio, quàm à confeffario poffit .

Ab omni denique parte fpacium habeat cubitorum circiter ſex, aut ſeptem . Confeffarij Sacerdotis item cella, eodem modo, & formæ extrinsecùs iuncta ſtruatur .

In pariete vtriuſque loci, cellæ uè communi, fiat ad confeffionis vſum feneftricula altitudine cubitali ad ſummum ; latitudine vnciarum circiter ſexdecim pro altitudinis ratione . Quæ feneftricula, & clathratis ferreis, & lamina ferrea, cum ſuis minutis foraminibus, & tela præterea nigra affixa, benè munita, nullo modo aperiri poffit .

Idem ex 4. §.
Rotæ, ver. Ci-
bus. de Mon.

Eodem in pariete rota inſe poterit, dimidio minuscula, quàm alia præfinita : hæcque rota ad vſum exponendi confeffario, ſi quas res neceſſarias habet . eademque rota, firmiter, benèque inſtructa extet, vt de alijs rotis demonſtratum eſt .

1. De Cõcio.
&c.

Clathri lamina, & linea tela feneftellulæ eius loci, ubi moniales confitentur, ità compactæ cohæreant, ut remoueri non poffint, & inde tantum audiri, afpici autem nullo modo poffint .

4. De Mona.

Fenefcella confeffionum altè uncias ſexdecim, latè duodecim, nec verò amplius pateat ; ſepta autem fit firmis clathris ferreis ad formæ præſcriptæ rationem, & lamina item ferrea benè ſolida, pariete firmiſſimè agglutinata, & foraminum inſtar cicercis tenuium pleno, panno lineo nigro obducta : qui pannus ligneis tabellis ſic affigatur, vt non facilè amoueat .

Ibidem .

Rota confeffionum minor ab omni parte fit dimidia præſcriptum quantitate .

Inft. fab. Ibid.
De diuerſ.
Confeff.

32 *Ex ædificetur præterea diuerſorium, in ſitu, intrà ianuam exteriorẽ, viæ publicæ iunctam, & illam interiorẽ, qua ad clauſtra aditus fit, interiecto, cellis duabus, vna inferiori, altera ſuperiori, conſtans : quibus confeffarius Sacerdos vti poffit, cum pernoctare neceſſe habet, vt moniali cuiſpiam, periculofè ægrotanti, præſto fit, ſanctiſſimorum ſacramentorum miniſtratione . Hoc diuerſorium, & caminum, & latrinam, & alia vſui neceſſario accommodata, habeat, at rotam nullam, nullamque feneftram omninò, vnde, vel afpectus, vel colloctio quouis vniquam prætextu eſſe*

esse possit. Nec verò plures habeat cellas, præter illas duas; ut omnis alia conuersationis, aut commercij occasio, ab eo remota, exclusauè sit: neque denique ullum præterea locum, vel exiguum. Ita enim omninò fiet, ut minor, aut nulla commoditas, occasione relinquatur in eo commorandi, nisi necessaria de causa. Quæ ratio locum etiam habeat in diuersorij se-

33 Ne in locis, ad hospitij usum exstructis, quæ foresteriæ nominantur, ubi interdum ob urgentem necessitatem, aut sibus capitur, aut dormitur, fenestræ ullæ, nè exiguæ quidem, insint, quæ in monasterium spectent.

Cibus in omni monasterij hospitio, etiam confessarij, è rota communi exponatur.

Si in ijs locis dormitur, quæ monasterium attingunt, fenestræ aut rotæ nè sint; & si sunt, statim muro obstruantur; ut nihil à monialibus, quod in eo loco agatur, aut dicatur aspici, aut audiri possit.

Tecta hospitij, & aliarum cuiusuis generis domorum, à monasterij tectis, ut separata penitus, ac ualdè disiuncta sint, curetur omninò.

Neminem cuiusuis status, uel conditionis hominem, neque laicum, neque ecclesiasticum in ullo quouis monasterio monialium hospitij illis, quas foresterias dicunt, excipi, aut ad ea siue in urbe, siue in Diœcesi diuersari liceat, excepto confessario Sacerdote, cui aliquando, ob urgentem necessitatem id conceditur. In Diœcesi uerò, monasterij etiam uisitori, & curatoribus, procuratoribusuè, ubi interdum hoc ipsum concedendum necessario, Episcopus censuerit.

34 Diuersorium in eodem intermedio situ, quod aduentatibus colonis, famulisuè monialium, vsui sit, construatur. quod diuersorium cubicula bina, trinauè habeat, ac nullam nec rotæ, neque colloctionis fenestram.

Neque ab re esset, ut id à monasterij edificio disiunctum aliquo exiguo spacio sit; ut nè saltem tectis coniungatur.

35 Domicilij, extra clausuræ fines positi, in quo conuersæ, non professe, habitent, ea ratio in illius edificatione haberi debet, ut scilicet intrinsecus à parte monialium, claudatur, aperiaturuè. Id uero præstari poterit ratione, infra demonstrata.

In illo ipso intermedio situ, extra clausuræ fines, domicilium fiat, quod conuersas tot capiat, quot ad monasterij vsum opus esse uerisimile est.

Habeat hæc domicilij habitatio, singulas partes necessarias, locum dormitionis scilicet communem, coquinam, puteum, lignile, & alia item loca, vsui necessario opportuna.

Porro in huius domicilij exstructione hæc cautio sit, ut nè in parietibus exterioribus, ad uiam publicam spectantibus, fenestra ulla, ac ne foratus quidem exiguus, conspiciunturè minimum fiat.

Vt

4. De Mon.

1. De Cõcia. &c. Monial. § Nemini.

4. Ibidem.

Inst. fab. de diuerf. ext. fam. & colon. aduen.

Inst. Ibid. De Domicil. conuerf.

Ut deinde una tantum ianua constet: qua propè clausura monasterij parietem, quicumque ille sit, extruatur.

Fiat in eo clausura pariete foratus amplitudine unciarum circiter sex: per quem uectis ligneus eadem crassitudine trāsmissus, idemq; in transversum actus, ac paululum in parietem, qui è regione est, iniectus, firmiter illius ianuae ualuas occludat.

In cuius uectis summa parte, quae à monialibus est, clavis, seraque ita aptè accommodata sit, ut intrinsecus moniales facillè aperiant; rursusque claudant.

Si uerò ea transversarij uectis ratione confici non potest, ut ianua illa occludatur; hoc etiam fieri facile erit, ut uectis, non transversus, sed recta ad ianuam, quae è foratus regione est, ductus à summa parte ualuas innixus, atque oppositus, firmè occludat.

In hoc domicilio à latere monasterij fenestricula exigua quae non amplius undique pateat, quin quae aut sex uncis, munita etiam lamina ferrea, plenaque minutis foraminibus, extruenda est, unde praefecta Conuersas euocet, ac spectet, an demi sint, cum ianua clausa est; tum ille foras discessura, benedictionem, missionemque inde ab ea petant.

Inst. fab. Ibid. 36 Primo in tota monasterij aedificatione diligens clausura ratio habeatur; ut scilicet illius situs, quantumque est, omni ex parte, idoneis, benèque materiatis parietibus concludatur: quorum praeterea altitudo sit cubitorum ad minimum uiginti quattuor, exceptis hortorum muris, quorum altitudinem supra demonstrauimus: crassitudo cubitalis, ac paulo etià maior; minor certè nullo modo. Porro à parietibus exterioribus nullus insit caminus in his effusus: at eminens, è superficie quae intrinsecus extans, non uetatur; nulla praeterea fenestra, non fenestricula, non conspiciendum, ac nè rimula quidem, unde etiam minutus prospectus sit.

In singulis monasterij partibus, ad communem usum extruendis, ut potè Refectorio, Capituli atrio, Valetudinatio, Dormitorio, Calefactionis, Lauationisque manuum, & laborum item loco, atque alijs id generis, tum in primis in Ecclesiae interioris aedificatione, non negligenda, sed adhibenda ea cautio est, ut singula eiusmodi loca, ad quae moniales frequentes conuenire solent, ampla structura sint, quae commodè capiant non modo omnes, quae iam sunt, sed aliquantò plures, quas etiam deinceps in idem monasterium recipi pro facultatum, elemosynarumque ratione, & accessione, postè uerisimile est.

Illam porro etiam cautio, uel maxima sit; ut nè in ulla colloquij exteriori cella, nec in ullo uel Confessarij Sacerdotis, uel colonorum, famulorum uel aduenientium diuersorio; neque in ulla alia quauis monasterij parte exteriori, aedificatio uel extrinsecus facta, locus superior quisquam sit, ad quae monialibus aditus detur: nec rursus in ulla monasterij parte interiori,

locus

locus item superior; quo alijs accessus, ingressusue esse vlllo modo possit.

Est illud præterea cauendum, vt quicumque in monasterio sunt aditus, vestibula, angiportus, aliaque id generis, nè tenebricosa, nè suboscuro sint, sed dilucida, & illustra.

In omni denique vel anguli, vel aditus, vel scala, vel atrij monasterij capite, sacra aliqua imago, piè expressa, extet.

37 Hec de fabrica exteriori, & interiori Ecclesie, de Cœmeterijs, de Sacristia, alijsque partibus, ædificationi Ecclesiasticæ adiunctis, de Ecclesie simplicis, & Oratorij exstructione, ac rursus de Ecclesie monasterijque monialium structura, speciatim, supra locis suis scripsimus. Illud verò generatim ad omnem Ecclesiasticam ædificationem attinet, vt scilicet, neque in Ecclesia, Capella, Altaris, partisue cuiusuis alterius, que ipsius Ecclesie vsus, decorumue attingat, fabrica, ornatuque nihil operis, quale quale sit, statuatur, fiat, inscribatur, effingatur, exprimaturue, quod à Christiana pietate, & religione remotum, aut quod profanum, quod deforme, quod voluptarium, quod turpe, vel obscœnum sit, quodue popularem magnificentiam, aut familiarum insignia ostentans, gentilicij operis speciem præbeat.

Non vetatur tamen pro fabricæ firmitudine, si ita architectonicæ ratio aliquando postulat, aliqua structura generis, vel Dorici, vel Ionici, vel Corinthij, vel alterius huiusmodi operis.

Id omne cum fabricæ Præfecti, Architectiue, antequam ædificationis initium fiat, consultò caueat: tum in primis curæ Episcopalis est, videre, nè quid tale ab ijs in opere Ecclesiastico committatur.

Id denique in huiusce etiam libri conclusionem ponimus, vt cum de dote, vel Ecclesie, vel sacello, vel Altari certa constituenda, iure Canonum certum sit; Episcopus priusquam, eiusmodi Ecclesiasticæ ædificationis, aut fundationis facultatem det, eo de genere diligenter, consultoque idonea sensione, publicisque tabulis caueat, ex eorundem Canonum præscripto.

De Monialibus, & primo de earum numero.

SUMMARIUM.

- 1 Formula rectè viuendi monialibus præscripta, ab eisde oimò seruanda.
- 2 Monialium numerus ab Episcopo constituendus, quaque ratione, & quando augeri possit. 3.
- 3 Impedimenti Summus Pontifex admonendus.
- 4 Moniales duodecim alere non valentes monasteria, alijs vnienda.
- 5 Vnione non expediente, quid agendum.
- 6 Monasterij supprimendi fructus quibus attribuendi.

Monia

Inst. fab. lib. j. c. 33. Cautiones quædam de omni Ecc. ædificat.

Monialibus paupertate laborantibus, qualiter illis succurrendum, quæque elemosynæ applicandæ, & quamdiu applicatio duret. De Constitut. 13. 14.

1. De Monia. 1



Vin monasterijs Regularium mulierum, quæ in religionem Deo se dicarunt, & integra conferuntur vetus disciplina; & si fortasse viquam depravata est, restituatur; ad eumque sese ipsæ confortantes, in rerum divinarum contemplatione liberius conquiescant: nos has piæ, rectæque vivendi formulas, partim Concilij Tridentini decretis traditas, partim pro ratione horum temporum ad Prouincia nostræ utilitatem constitutas, ab omnibus in hac Prouincia monialibus, etiam quæ Regularium cura commissæ, vel alia quavis ratione Episcoporum iurisdictioni subiectæ nõ sunt, ex facultate à Summo Pontifice Pio V. nobis data, seruari omninò iubemus.

1. Ibidē. De Mon. numero. Sess. 25. ca. 3. de ref. regul. Bulla Pij V. 1566.

2. Capita quædam ad Mon. per. cap. 1. Sess. 25. ca. 3. de ref. reg. Bulla edita 4. Kal. Iunij 1566.

1. De Monialiu numero.

2 Ex Tridentini Concilij iussu, unicuique monasterio eum Superiorum monialium numerum constituat, qui pro modo, & facultate loci, & consuetis elemosynis sustentari commodè possit; idque intrà annum facere studeat. neque eum numerum, nisi facta monasterio annua, quæ satis sit, fructuum accessione, augeri villo modo liceat.

3 Quod de certo Monialium numero singulis Monasterijs constituendo Tridentina Synodus decreuit, quodque item Summus Pontifex Pius V. de Monialium, & earum, quæ Conuersæ dicuntur, clausura, litteris editis sanxit; id vtrumque Episcopus, quàm diligentissimè potest, exequi curet. Quòd si aliquid obstiterit, quominus illud à se præstari queat; ipsum Summum Pontificem sex mensium spacio consulat, idque exequatur, quod sibi ea de re ab illo rescriptum erit.

Hancque ipsam in ijs exequendis diligentiam à Regularibus præstari idem sedulo studeat. Vide Tit. de Conuersis. 3.

4 Monasteria, in quibus duodecim nõ sunt, quæ professæ velo vtiuntur, quæq; eum numerum proprijs fructibus, aut consuetis elemosynis alere non possunt, transferre, & cū alijs monasterijs eiusdem, aut alterius ordinis vnire studeat Episcopus diligenter, vocatis ad id superioribus Regularibus; si modo res agatur eius monasterij, cuius cura ad illos pertineat.

5 Si verò eiusmodi vnio minimè expedire videatur, eum numerum monialium tempore interire, & ad nihilum redigi sinat, adempta omninò illis monialibus facultate recipiendi nouitias.

6 Earum autem monialium monasteria, & monasteriorum fructus iam nunc alijs monasterijs, aut locis, quibus ex legibus ius ordinis deberi videbuntur, attribuantur.

De

De Præfectis, & alijs Ministris Monialibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Præfecta monialium officium suum perpetuum esse prætendens, iura sua, quibus, & infra quod tempus exhibeat.
- 2 Eum honorem non ambiat: & ambientis pœna.
- 3 Qualis, cuiusque ætatis esse debeat. 4.
- 5 Præfecta ipsa, Vicaria, Discretæ, tacitis suffragijs eligenda. Quæ tamen cauenda in ipsis suffragijs ferendis. 16. Quæque moniales ad ipsa suffragia ferenda non admittenda. 17.
- 6 Præfectæ sorores quibus officijs fungi nequeant.
- 7 Officia minora, quibus monialibus, & à quibus committenda, &
- 8 Quanto tempore ea officia durent. (qualiter.
- 9 Officia ipsa non renuenda.
- 10 Præfecta quod officium in monialibus admonendis, & alijs, ergaque agrotantes. 43.
- 11 Præfecta Vicaria. } obediencia à monialibus præstanda.
- 12 Inobedientes, contumacesuè à quibus, & apud quos deferenda, vt que plectenda. Penitentiam quoque suscipere renuentes, vt castiganda. 14.
- 13 Præfecta singulis hebdomadis capitulum habeat, & quamobrem.
- 15 Nihil deliberet, nisi consentientibus Discretis; & in quibus Capitulum adhibeat.
- 18 Discretæ quales, earumque numerus. (lum adhibeat.
- 19 Præfectæ, sermonibus audiendis, quales, eiusque officium.
- 20 Nouitiarum Magistra quam curam habeat.
- 21 Quibus rebus eas maximè erudiat.
- 22 Monialis id munus temerè assumens, vt compescenda. Præfecta ianua, quid agat: quotq; ianitrices deputandæ. De Monast.
- 23 Præfectæ monialium laboribus due. (Monial. nu. 14.
- 24 Earum officium quale.
- 25 Monialis nulla quidquàm elaborandum accipiat.
- 26 Nullibique quam laborum loco manibus elaboret.
- 27 In monasterio nè sint diuersa manuum opera.
- 28 A labore, sine causa abstinentes, quomodo punienda.
- 29 Loco, vbi laboratur, sacra lectio adhibenda.
- 30 Quæque res ibi prohibeantur.
- 31 Laborum magistra librum habeat, in quo lucra præscribantur. Laborum cois locus, vbi non est, exstruendus. De Monast. Mon. nu. 10.
- 32 Præfectæ, & aliæ officiales, sui officij edoctæ, rationem administrationis, quando Capitulo, & quando superiori, vel alijs reddant.

Capsæ

- 33 *Capsæ in singulis monialium monasterijs constituenda ad vsum communis pecunie conseruanda.*
- 34 *Earum aperiendarum quæ ratio.*
- 35 *Horrei, & farinarij ostia quot, & quibus clauibus concludenda, & quibus custodienda.*
- 36 *Monasterio vnicuique ab Episcopo præscribendum quantum sit satis rerum ad annuæriam victus sustentationem.*
- 37 *Præfecta in administratione negligens ab officio submouenda.*
- 38 *Debita aureos quinquaginta excedentia non contrahenda.*
- 39 *Præfecta, bona monasterij quando non alienet, neque ædificet. Bonorum alienatione non legitime facta, quid agendum. Quæ pert. ad bonorum, & nu. 12.*
- 40 *Monasterij bona, vt locanda.*
- 41 *Eorundem Inuentariū conficiendū, & in Epale Archiuū deferendū.*
- 42 *Præfecta curæ egrotantium monialium, qualem se illis præbeat.*

1. De Præfectis, & alijs min. Mo.



Piscopi ad duos menses, postea quàm hæ constitutiones in lucem editæ erunt, Abbatissas, & quascumque præfectas, quæ suum præfecturæ officium perpetuum esse profiterentur, edicto etiam, si ita iudicarint, moneant, proposita priuationis pœna, quam ipso facto subeant; vt illæ iura, sibi à sede Apostolica concessa, ad alterum mensum ipsas, aut eorum Vicarijs, ac simul illarum superioribus, si Regularium curæ commissæ sunt, exhibeant; vt, an rectè se habent cognosci, & de ijs, si opus erit, ad Summum Pontificem referri possit. Quod si eo præscripto tēpore non exhibuerint; eo dignitatis gradu illas priuatas Episcopus declaret; detque operam earum superiæ, vt alia in earum locum ritè sufficiantur.

2 Nulla monialis ambiat, aut vllò quouis modo siuè directè per se, aut per alia, honore, officiaue cuiusuis generis sui monasterij quærat, hac cōstituta pœna; vt & ipsa, & quæ sibi in ea re fauerint, in Capitulo per tres sextas ferias ad pedes singulorum monialium terram deosculantes, suam accusent ambitionem. Ipsasque prætereà, si id officium consequuta erit, eo, ceterisque muneribus priuetur Superioris arbitrio.

3 Singulæ, propria volūtate deposita, & ad obtēperadū paratæ, sibi que Dei gloriâ, & cōem monasterij vtilitatē tantummodò proponēt, ad honores, & officia eas eligēt, quas omni remoto humanitatis affectu spiritus sancti impulsu, ad id munus magis idoneas esse iudicauerint.

Sess. 25. ca. 7. Conc. Carthag. 3.

4 Præfecta quocumq; noīe appelletur, ex Tridentini Concilij decreto nè minor quadraginta annis eligatur; quæuè in vitæ honestæ laude vixerit octo annis, postquàm profellā est. Quod, si in eodem monasterio

nō non eiusmodi reperiat, ex alio eiusdem ordinis deligi possit.

Sin autem superiori, qui electioni præest, hoc etiam incommodum esse videatur, Episcopo, uel alio Superiore consentiente, eligatur ex ijs, quæ in eodem monasterio triginta annis maiores natu sint: quæque annis saltem quinque post professionem rectè uixerit. In reliquis constitutiones singulorum ordinum monasteriorum seruentur.

5 Huiusmodi præfecta, & eius Vicaria, Discretæ etiam, quæ alio nomine matres consilij vocantur, ubi eæ à capitulo eligi consueuerunt, tacitis suffragijs, corâ superiore, aut eius ministro eligantur; qui extrâ monasterium ad cancellos, siue clathros stet, ex decreto Tridentini Cœcilij.

Nequaquam autem ad hæc officia deligi possint, nisi præfecta duas ex tribus partibus calculorum tulerit, uel suffragijs, uel accessu. Vicaria uerò, & discretæ pluribus dimidia parte suffragijs creentur.

6 In quibus monasterijs plures germanæ sorores sunt, si earum una monasterio præficitur, reliquæ sorores, neque Vicariæ, neque Discretæ, neque ianitrices fieri; neque scribæ, aut celerariæ officio fungi possint.

7 Minora uerò officia, ueluti ianuæ, rotæ, sermonibus præpositarum, earumque, quæ nouitias docent, Sacristiæ præfectarum, & quæ ijs præfunt, quæ manuum industria sese exercent; illarum præterea, quæ scribæ, aut ratiocinatoris munere funguntur, & quæ egrotis ministrant, ab eo, qui electioni præest, unâ cum confessore, præfecta, Vicaria, & Discretis pro earum mentis conscientia, quibus opportunum uidebitur, tribuantur, quo decreto nihil derogatum sit ijs monasterijs, in quibus ad huiusmodi officia Capituli suffragijs moniales deligi solent.

8 Earum officia, quæ electæ fuerint, sint duorum annorum, aut, in quibus ea esset consuetudo, ad summum trium. Illis cum perfunctæ fuerint, tantundem saltem temporis uacent ab officijs; nec in eisdem confirmari possint à monialibus, nisi grauis causa extiterit, iudicio Superioris probata. qui etiam eas ante tempus officio præfinitum, inde mouere possit, si id malè administrant.

9 Quæ delectæ fuerint, quemadmodum earum obedientia postulat, officia suscipiât; & eorum munera sine recusatione humiliter exequantur, quæ aliter fecerint sine iusta causa, quæ superiori probata sit, iure suffragij priuentur, ut neque ipsæ alias eligere, neque ab alijs eligi possint, arbitrio Superioris.

10 Præfecta monasterij, tamquam communis omnium monialium mater, ipsarum & corporis, & animæ saluti diligentissimè consulat: easque studiosè admoneat; ut puro corde sint, uitæque integritate seruent; & ad perfectionem uirtutum omnium contendant. Si quidem quæ religionem susceperunt, nisi ad summum illum gradum pro uiribus peruenire conentur minus sanè efficiunt, quam debent; pro uitæ & ordinis instituto, quod profitentur. Meminerit autem sibi reddendum esse

Cœc. Agathæ
c. 19. c. Sacti-
moniales. 20
q. 1. c. Indē-
nitatibus, de
elect. in 6.

Sess. 25. c. 6.

Sess. ead. c. 7.

se rationem iustissimo iudici erratorum, quæcumque moniales eius negligentia, aut culpa admiserint.

In primis uerò curet, ut pax, & concordia fororum conseruetur, sublati, quantum ab ea fieri poterit, omnibus dissidijs, ac discordiæ caulis, ut, quemadmodum debent, unum corpus, & vnus spiritus in earum sponso Iesu Christo, perfecto charitatis vinculo colligentur.

Studeat etiam, ut singulæ suo munere rectè fungantur: neque ulla alterius officium occupet, nisi auxiliij causa; idque ipsius iussu: & ut omnia ordine perficiantur, in primisque ut silentium horis, ac locis præscriptis seruetur. Si uerò alicuius importunitas, aut re, aut uerbo, fororum pace perturbata, charitatem uiolarit; acerrimè ab ipsa præfecta, & si opus erit, à Superiore etiam monialium puniatur, & eius animi elatio edometur.

11 Huic autem præfectæ, eiusuè Vicariæ, quæ illa absente, eius uim, & locum obtinet, moniales omnes omninò obedientiam, & obseruantiam præstent, quemadmodum earum uotum postulat.

12 Quæ uerò eius iussa neglexerit, neque pœnitentiam sibi impositam adhibere uoluerit, aut superbè, & iniuriosè responderit, non habita eius dignitatis ratione, aut contumaciter defendendo, uel excusando, eam impedierit, quominùs illas reprehendat, aut castiget, quæ aliquid commiserint, ut suæ contumaciæ, & insolentiæ graues pœnas pendat, apud superiorè accusetur ab ijs, quas Discretas appellauimus. quæ nisi id fecerint, flagella, disciplinæ nomine, sibi semel adhibere, & humi cibum capere cogantur.

13 Singulis etiam hebdomadis præfecta monialium conuentum, si uè Capitulum habeat, corrigendi causa moniales pro erratis, quæ ipse publicè, uel in suorum officiorum munere admiserint, quorum ueniã ipsæ spontè, atque humiliter coram omnibus petant, eis que pœnitentiam imponendi, aliæque adhibendi, quæ earum institutis tradita sunt ad ipsas in humilitate, & sui contemptione continendas, atque ad uitutes omnes studiosè sectandas.

14 Caueant autem moniales, nè pœnitentiam sibi à præfecta impositam, pertinaciter recusent: neuè superioris temporis delicta sibi inuicem iniquo animo obijciant. Quæ hoc commiserit, ei hæc sit pœna, ut statim ad singularum monialium pedes terram exosculetur; sibiq; flagella nomine disciplinæ adhibeat.

15 In negotijs paulò grauioribus præfecta nihil decernat; nisi scitibus, & cõsentientibus maiori ex parte Discretis, seu Matribus cõsilijs.

In ijs uerò, quæ maioris sunt deliberationis, præfecta uniuersū monialium Capitulum conuocent; idque ipsis ratum sit, quod maiori monialium parti placuerit.

16 In oibus aut tacitis suffragijs caueat moniales, ne suffragij pilas, uel calculos iter se tradat in manus, ijs, q̄ id comiserint, ea pena sit, ut priuate Capitulo, neq; eligere, neq; eligi suffragio possint arbitrio Superioris.

17 Ad suffragia aut de quacūq; referenda no admittatur; nisi quae trienniū post emissam professionē in moualterio fuerint commorate.

18 Discretæ probitate, & prudentia cæteris monialibus antecellant. Neque sint pauciores quatuor; ubi moniales plures non sine quadraginta; quod si plures sint; saltem sex creentur.

19 Moniales reliquarum sermonibus audiendis eiusmodi præponantur, quæ etate matura, & spectata probitate sint. Hæc diligenter, fideliterque suo officio fungantur; & ita loquentibus reliquis assistant, ut, quicquid tum intus, tum foris dictum, factum uè fuerit, ipsæ audiant; ac stuoiosè animaduertant, nec enim quidquam aut ita secretò proferri, ut eas lateat; aut, quod indignum sit Dei ancillis, dici, aut fieri patiantur: in quo si quidquam secus commissum fuerit earum culpa, uel negligentia, grauissima pœna sui Superioris arbitrio puniantur.

20 Nouitiarum curam sola magistra electa, loco à cæteris monialibus separato habeat, alia præterea nulla.

21 Hæc nouitias in timore, & cultu Dei, & in obseruatione religionis erudiat, coneturq; & uitæ exēplo, q̄ nullā habeat ansam reprehensionis, assiduisque admonitionibus, ita eas instituere in spūalis, & sanctæ uitæ rōne; ut, p̄grediētes, Deo adiutore, p̄fectæ eius ancille possint euadere.

22 Quæ autem sibi id temerè adimplerit, uel aliquam ex nouitijs erudiat, uis ei suffragij adimatur; ut neq; eligere, neq; eligi possit, quādiu superiori placuerit. Quod sequitur uiden. in Tit. De Clausura.

23 Quo tempore mutantur officia; una, aut duæ moniales maturæ ac prudentes præficiantur monialium laboribus.

24 Hæc ad rotam recipiant, quæ elaboranda sunt; ijsque distribuant, quæ ad id opus faciendum sunt idoneæ; quibus perfectis, ea ex eadem rota restituant ijs, quorum sunt, accepta mercede, semper ea præsentem quæ rotæ est præposita.

25 Nulla præterea quidq̄, quod elaborandū sit, ne cognatorū quidē, aut affiniū, accipiat, quæ cōtrā fecerit, singulis uicibus sibi flagella disciplinæ noie adhibeat eo loco, quo moniales operib. elaborandis exercent.

In operibus, uel accipiēdis, uel restituēdis nulla alia monialis se ingerat, nisi laborū magistra: cui secū aliquādo, cū necesse erit, aliquam monialē, operis alicuius conficiēdi usu peritiore, adhibere liceat.

26 Ne monialis, ianitricibus exceptis, alibi, quàm loco operibus elaborandis constituto, acu pingat, aliud uè quicquam manibus elaboret.

27 Illud porro, quod ad eius fieri potest cauendum erit, ut in monasterio ne sint multiplicia, diuersiq; generis opera manuū, seu laboreria.

4. De Moni.

1. Ibid. De
Præfectis.

28 Si qua uel morbo, uel iusta alia causa non impedita, pigritia, uel desidia, aut pertinacia quadā ab huiusmodi laboribus abstinerit, obsonio priuetur totum id tempus, quo labori non incubuerit.

29 In loco item, ubi moniales in laboribus exercentur, lectio quotidie adhibeatur, qua absoluta inter se conferant, quæ audierint; certatimque eiectis uicij, ad uirtutes consequendas seipsas cohortentur.

4. Ibidem.

Hoc loco laborum communi, non solum ad Concilij primi præscriptum, lectio de uita spirituali adhibeatur; uerum etiam ab omni otioso uerbo absteineatur.

1. Ibidem.

30 Curet laborum magistra, nè sermones, aut cantus profani, aut à monialium conditione, & instituto abhorrentes inferantur.

4. Ibidem.

31 Laborum, operumque magistra librum certum habeat, in quo quicquid ex ijs laboribus lucri, emolumentumque capitur, enucleatè ita præscribat, ut cerni facile queat, si quid in ea re desideretur.

1. Ibidem.

32 Præfectæ, etiam si earum officium sit perpetuum, scribe, ac reliquæ, quæ monasterij bona quocumque modo administrant, fideliter, & accuratè eorum rationem præscriptam habeant.

Singulisque tribus mensibus ad Capitulum summam referant rationes accepti, & expensi; ut omnes, quo modo se res monasterij habeant, intelligere possint. Verum quotannis rationem rerum omnium, quas administrarint, separatim Superiori reddant; aut eius Vicario: ac si fuerint, monasterij curatoribus deputatis. Quæ autem, aut sibi uindicarint, aut perperam perdididerint monasterij bona, superioris arbitrata accerimè puniantur.

33 Ut autem nulla fraudis occasio relinquatur, in singulis monasterij singulæ capsæ constituantur ad hunc usum, ut in illis communis pecunia collocetur: quæ duabus clauibus, ijs inter se diuersis, clausæ sint; quarum altera à præfecta monasterij, altera à maiori Discreta asseruetur.

34 Nec uerò capsæ aperiri, aut in ea poni pecunia, aut inde aufertur possit; nisi & præfecta, & maior Discreta, & scriba monialis, quæ eius rationem ineat, interfuerint.

35 Duabus item clauibus, ijsque diuersis horrei, & eius loci, ubi farina asseruetur, ostia concludantur: quæ singulæ à singulis matribus, ei officio præpositis, custodiantur. Eæ autem semper ad sint, cum triticum, uel farina importatur, uel exportatur.

4. Ibidem.

36 Singulis annis, ut primo Concilio iussum est, impèfarum, quæ in usum, aliumque monasterij usum, erogatæ sunt, rationes per eos, quorum interest, à præfecta repetantur. Quantum uerò, & tritici, & uini, & obsonij, & aliarum rerum ad anniuersarij uictus sustentationem unicuique monasterio satis esse Episcopus existimarit, id ipse accuratè præscribat.

37 In ea autem præscripta dispensatione, administrationeque, si præfecta

fecta negligentem se praestiterit, ab officij sui munere suspendatur.

38 Aes alienum, quod quinquaginta nummum aureorum summam excedat, ne in vlllo monasterio contrahatur, sine suorum curatorum permisso, concessive, qui in magni moneri rebus Episcopu consulant.

39 Praefecta, & moniales bona monasterij alienare, permutare, locare, aut contrahere nullo non possint, nisi sciente, consentiente, ac praesente rerum Superiore, aut eius Vicario: seruatis item caeteris quae iure seruari debent; aliter contractus irritus, ac nullus sit.

Neque item aedificare, nisi consentientibus superioribus, ac ciuibus monasterij curatoribus; qui operam dabunt, vt id quae minimo sumptu, commodè, ac decenter fiat.

40 Ne secularibus negotijs moniales se implicent; vtque simul multis fraudibus, ac detrimentis occurratur; hoc sedulo Episcopus curet, vt illorum praedia locentur; idque sub hasta autione facta; nisi aliter quandoque expedire censuerit.

14 Bonorum & iurium omniu ad monasterium quodcumq; etiam regularibus subiectum, pertinentium, inuentarium probabili forma conscriptum, sex mensiu spacio, ad Archiuum Episcopale ab ijs quoru interest, deferatur, ne fraus vlllo modo fiat, munero monialium ab Episcopo praefinito. Quamobrem si quas etiam alienationes eorum bonorum, iuriumque fieri deinceps contigerit, de ijs Episcopus certior fiat.

42 Quae praeposita sunt cure egrotantium, pias, & misericordes se illis praebent, quanta maxima possunt, & patientia, & diligentia: ac tales se illis praestent, quales caeteras vellent, si ipse egrotarent.

Agrotis cibis, & medicamenta opportuna a praefecta, & ab electis ad id ministris ita adhibeantur, vt monasterij facultates tulerint.

43 Praefecta autem charitatis causa eas quotidie visitet, vt & solatio sit; & melius ab eis cognoscat, ac curet, quae ipsis sint necessaria si uero aliqua moritur, confessor cum comite, quem superior approbat, ingrediatur septa monasterij tunc, cum eius corpus ad sepulturam dandum fuerit; pieque ac celeriter, quod eo tempore persoluendum sit, officio fungatur.

1. Ibidem.

4. Ibidem.

1. Ibidem.

De Puellis ad Religionem admittendam.

S Y M M A R I V M.

- 1 Puellis ad Religionem admittendis, quod Praefecta, & superioris officium.
- 2 Inuita minime ad Religionem cogenda: paenaque cogentium.
- 3 Iisdem Monasterium ingredi postulantibus, quid attendendum.
- 4 Moniales ex vna familia quot in monasterio recipi possint.

5. Ea separatim prius libero loco ab Episcopo examinanda.
6. Examen ipsiū precedat inquisitio de moribus, vita, etate, & voluntate libera, & quomodo, qualisque earum etas.
7. Puella quoties, & cui peccata confiteantur, communionemque quando sumant; quaeque alia praesentent.
8. Quibus suffragiis admittendae; & quid eiisdem latis à praefecta curandum.
- 9.
10. Puella admissa in certum librum referenda.
11. Admissione puellarum facta, quo vestitu ab illis utendum.
12. Eisdemq; quod tempus ad induendum monialium habitum praescriptum.
13. Qua hora, à quibus, & qualiter ad monasterium deducenda.
14. Quaque ceremonia, & à quo vestienda.
15. Quò die monialem habitum induit, quae in foresterijs, & alibi veteratur. De Nouitijs. 11.
16. Nomina gentiliū feminarum nouitijs monialibus non imponenda.
17. Neque eisdem tradendus regularis habitus, anteq̃ confirmatae sint. Puellis eisdem vestiendis qui ritus adhibendus. De Nouitijs. 4.
18. Praefecta, aut superior regularis nouitiam habitum suscipere permit- tens, non explorata illius per Episcopum voluntate, seuere puni- enda. Ibid. 5.
19. Habitu suscepto è monasterij septis egredi non liceat.
20. Nouitia causa quid monasterio ante professionem dandum.
21. Moniales, à puella regularem habitum suscepturae parentibus, quae ante professionem non sumant.
22. Impensarum, & alimentorum nomine, quid monasterio Episcopi praescripto attribuendum.
23. Pecunia eo nomine danda, apud quem deponenda.

1. De puellis
ad Relig. ad-
mitten.
Sess. 25. c. 18.
de Regul. &
Monial.



Vellè cùm primùm ad suscipiendum sacrum ha-
bitum offerantur, monialium praefecta, parètes,
uel eos, quorum curæ committè sunt, admoneat
excommunicationis, quae proposita est à sacro
Tridentino Còcilio ijs, qui suas puellas, uel alic-
nas inuitas eum cogunt suscipere, aut profiteri
religionem. Idem ab earum superiore fiat, cum

eius consensus requiretur.

4. De Monia.

3. Cùm puella Monasterium ingredi postulabit, ut locum, ubi pro-
fiteri cogiter, illa inspiciat; primò studiosè, diligenterque cognoscat,
an uerè id illius propositum sit, anque illud curiositate tentet; nec pro-
pterea per monasteria plura vagari permittatur.

1. Ibidem.

4. In ijs monasterijs, in quibus moniales pauciores sint quinquaginta.

2. duæ tantum germanæ sorores, aut tres, quæ sint vnus generis, ac familia recipi possint.

Vbi verò plures sunt quinquaginta monialibus, ibi tres tantum modo sorores, aut quatuor eiusdem familiae recipi liceat: si ita monialium capitulo videatur.

5. Prefecta, & moniales de puella, earum suffragijs ad suscipiendum religionem admittenda, quicquam polliceri, aut Capitulum cogere nõ audeant; prius quàm libero loco ab Episcopo, aut ab eo, cui ipse id munus delegarit, puella secreto examinata, ac probata, facultatem suscipiendi in eo monasterio religionem scripto consecuta fuerit, consentiente etiam illius monasterij superiore.

6. Ab ijs autem omnibus prius diligenter inquiretur de moribus, vitæ, ætate, quæ maior sit duodecim annis; ac de libera, & pia voluntate puellæ.

Quæ anno saltem, antequàm examinetur, & monialium Capitulo admittenda proponatur, propositum religionis suscipiendæ in eo monasterio, & Episcopo, & monialibus, earumque superiori patefecerit, ut interim huiusmodi inquisitio maturè fieri possit.

7. Quo etiam tempore ipsa confessori illius monasterij, aut, cui Episcopus eiusmodi munus puellas has audiendi commiserit, semel singulis mensibus peccata sua confiteatur; sacrosanctamque sumat Eucharistiã ac persèpe moniales in locis colloquutionum alloquatur: ut ab eis tum explorari accuratius, tum admoneri melius possit de omnibus, quæcumque illi agenda, & ferenda erunt religionis causa intrà septa monasteriorum; nè vllò unquam tempore conqueri, & incitiam excusare possit.

8. De puella admittenda ad suscipiendam religionem, ac mox etiam nouitia ad professionem, ferantur tacita suffragia, ut singule moniales, nullo affectu impeditæ, liberè suæ conscientie possint satisfacere.

Puellæ, cum ad cetera, tum ad professionem recipiantur, monialium suffragijs occultè latis. Idque ipsum ex Concilij Prouincialis primi decreto, quod auctoritate litterarum Pij Quinti Pontificis in monasterijs, etiam eorundem regularium iuri subiectis, locum habet, in monasterijs etiam regularium iuri, curæque subiectis feruetur.

Nec verò huiusmodi puella ad religionem, neque nouitia ad professionem recipiatur: nisi duas ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

Puellæ ad religionem admissio aliter facta, quàm præscriptum sit, irrita sit, & nulla.

Prefecta verò, cuius culpa, uel negligentia id factum fuerit, ab officij administratione submota, uel etiam ad sex menses eo ipso priuata esse intelligatur.

4. Ibidem.

1. Ibidem.

10 Præfecta autem statim de suffragiorum exitu superiorem admo-
neat: ut in librum, ad huiusmodi vsum institutum eius nomen, quæ
recepta sit, ab eo referatur.

11 Cùm primùm suffragijs Capituli aliqua recepta est, statim om-
nes uestium delicias, & inanem ornatum deponat: & nigro, uel fusco
vestitu, aut albo, at non serico induatur ea modestia, & submissione; ut
omnes intelligant, eam mundo renunciasse: ut Deo religiosè inserviat,
quo vestitu semper utatur; donec in monasterium introeat; & intereà
à choreis, & spectaculis inanibus abstineat.

12 Quæ verò eo modo, quo diximus, recepta fuerit, monialium ve-
stibus in monasterio indui non possit: nisi sex mensibus, postquam re-
cepta fuerit, idque concessu Episcopi, & monialium superioris; qui-
bus liberum sit, vel producere, vel contrahere illud semestre tempus,
quemadmodum eis expedire videbitur.

13 Tumultus autem euitandi causa, deducatur mane ad monaste-
rium ab intimis propinquis mulieribus, nulla pompa, nulloque invita-
tu aliorum, & sola introducatur in Ecclesiam interiorem monasterij:
Missæque audita, & sumpta Communione, cæterisque solemnibus ce-
remonijs adhibitis, coram reliquis monialibus, à Superiore, aut mona-
sterij confessore: vestiatur, qui illam adeò grauem, sacræque actionis
aliquo pio sermone prosequatur. Quod etiam in professione sentetur.

15 Superior, siue confellu hanc cautionem adhibeat, nè puella no-
uitiæ nomen gentilium fœminarum imponat; sed sanctarum, quæ ab
Ecclesia celebrantur.

3. Quædam
quæ ad Mo-
niales & alios
reg. pert.

16 Puellæ, quæ regularem habitum induere voluerint, nè eo habitu
induantur; antequàm confirmationis sacramentum susceperint; si fa-
cultas sit breui illud suscipiendi.

1. Ibidem.

17 Quæ puella postquam monialium veste suscepta, amplius è mo-
nasterij septis exire non possit: nisi fortasse nondum profellam pœni-
teret in monasterium introisse. Si verò semel exierit, nulla illi in po-
sterum facultas redeundi concedatur.

Seff. 25. c. 16.

18 Nouitiæ causa ante professionem ex decreto Tridentini Concilij
nihil monasterio detur, præter id, quod necessarium sit ad victum, &
vestitum eius temporis, quo fuerit in nouitiatu: quod totum represen-
tari volumus, antequàm puella in monasterium ingrediatur.

2. Capitula,
quædam ad Mo-
niales pert.
cap. 2.

19 Vt Tridentinæ constitutioni, quæ est de reformatione Regula-
riū cap. 16. fraus nulla fiat; illud Episcopus, pœna anathematis, &
dantibus, & recipientibus proposita, interdicat, ne moniales à puellæ,
quæ regularem habitum in earum monasterio susceptura est, parenti-
bus, vel consanguineis, vel curatoribus, nec verò ab alijs, quibus ipsi ob
id sponsione caueant, pecuniam mutuo, aut depositi, aliove quouis no-
mine

mine sumant, antequam illa professionem regularem confecerit.
 20 Episcopus præterea tum impensas æstimet, quæ, & in religionis ingressu, & tempore professionis fieri solent pro vestitu, aut pro alijs rebus, ad ipsius puellæ, vel monasterij usum, comoditatemve pertinentibus; tum pecuniæ etiam summam præscribat, quam puella alimentorum nomine, monasterio det; nisi census, aut alia bona immobilia, quorum annui fructus, eiusdem iudicio, ad ea alimenta satis sint. Monasterio attribuantur.

21 Ea autem omnis pecuniæ summa, eo nomine ab Episcopo decreta, re ipsa apud certum hominem, & virum bonum deponatur, qui, professione confecta, illam statim monasterio tradat, vt decretum est superiori Concilio.

De Nouitijs ad Professionem recipiendis.

S V M M A R I V M.

- 1 Nouitia monialis cuius ætatis ad professionem recipienda.
- 2 Nouitia professuræ tempus à Præfecta quando Episcopo significandum; quodque Episcopi ea in re officium.
- 3 Quo loco, quibus præsentibus, & qua ratione examinanda.
- 4 Eadem ad professionem admittenda, quo ritu vtendum, quæque ceremoniæ adhibendæ. De Puellis ad Relig. admitt. 13. 14.
- 5 Professionem facere permittens Præfecta, superioruè Regularis non explorata nouitiæ voluntate, examineuè adhibito, grauiter plectèdi. Inuitam quoque profiteri cogens, excommunicatur. De Puellis ad Relig. admitt. 1.
- 6 Professione facta, quod à moniali Monasterio datur, apud quem deponendum.
- 7 Nouitia quomodo bonis renunciet.
- 8 Ad professionem non admittenda officium recitare nesciens, & à quo faciendum periculum. 9.
- 9 Suffragijs tacitis nouitia ad professionem admittenda. De Puellis ad Relig. ad. 8.
- 10 Professionis memoria, vt notanda.
- 11 Professionis diei in foresterijs qua fieri vetantur.
- 12 Moniales solemniter velandi ritus reuocandus.

Noniam ex Tridentini Concilij decreto professio ante decimum sextum annum expletum, & ante annu probationis post susceptum habitum facta, nulla est, nullaque parit obligationem; curèt Episcopi, ne nouitia vlla ante illam ætatem, & tempus ad professionem admittatur.

1. De Nouit. ad profess. recip. Sess. 25. c. 15.

Præ-

2 Praefecta autem monasterio triginta ante diebus Episcopo significet, quo tempore nouitia professura sit; ut uel ipse, uel, si is abest, impeditusue; alius, cui ille id negotij dederit, nouitiae uoluntatem cognoscat: perspiciatque an eiusmodi conditionibus sit, quos monasterij alius, & ordinis regula postulat: an item monasterium idoneum. Et denique demonstret, quam grauis ea res sit, quamue multas res tria illa religionis uota requirant; ut ea antequam ad professionem recipiantur, uinculi uim intelligat, quo se obstringi uult.

Sess. 25. c. 17. Si Praefecta id facere neglexerit, eiusdem Tridentini Concilij decreto ab eius officio tamdiu amoueat, quod ad Episcopo uidebitur.

3 Nouitia ne examinetur intra septa monasterij, sed extra, in publica eius monasterij Ecclesia, ut liberè, & fidenter suam uoluntatem exponere possit.

5. Quae ad Mon. pert. Sess. 25. c. 17.

Cum nouitiae, antea quam professionem praestet, uoluntatem Episcopus pro facultate, sibi decreto Tridentino data, explorare uolet, hoc agere ei liceat, loco, ubi crates monasterij sunt; nec propterea à sepius illa egrediatur: nisi causa sit, probabilisue eiusdem Episcopi iudicio suspicio, quamobrem potius esse censuerit, ut alio loco eius uoluntas perquiratur: tuncque uel in Ecclesiam monasterij exteriorem, uel in aliam proximam, prout commodius, decentiusue fieri uiderit, illam perducere iubeat. Quae in Ecclesia, praesentibus matronis duabus, aetate grauius, honestis, & nouitiae gradu cognationis, quantum potest propinquioribus, quas ipsa, aut moniales delegerint, eius animum, uoluntatemque Episcopus rectè indagat, loco paulò remotiori, ita ut, quae ad sunt, matronae uidere, non tamen auribus percipere possint indagationem, responsionemue.

4 Ut & puellis, moniali uestitu induendis, & in admittendis ad professionem nouitijs, unus, idemque ritus ab prouincia Episcopis adhibeatur, cum eius generis regulae uariae illae quidem, ac plane inter se diuersae, dissimilesque sint; liber de eo ritu, huius Synodi Prouincialis auctoritate per nos edetur: ad cuius praescriptum omnis ea ratio in eatur, tum puellas induendi; tum nouitias ad professionem admittendi.

5 Si quae monialium praefecta, earumque superior Regularis, uirginem aliquam, non explorata per Episcopum illius uoluntate, examine adhibito, religiosum uestitum suscipere, aut professionem conficere permiserit; ab ipso Episcopo seuera poena afficiatur.

1. Ibidem.

6 Quod uero professione facta, eleemosynae gratia ad professam sustentandam monasterio datur, id quo tempore puella religionis habitum suscipiet, apud uirum, monialibus, & earum superiori probatum, deponatur; ut nullo impedimento tum monialibus praesto esse possit.

Sess. 25. c. 16.

7 Nulla autem renunctio bonis à nouitia fiat; nisi, quemadmodum à Con-

à Concilio Tridentino iussu est, facultate ab Episcopo, uel eius Vicario permilla, ad duos proximos menses ante professionem fiat.

8 Et quoniam, quæ moniales, professione facta, uelum susceperunt, quoniam suæ religionis diuinum officium dicere debent; nulla ad professionem admittatur, quæ congruè legere, & dicere nesciat.

9 Id autem experiri debet is, cuius officium est eas examinandi: qui, se presente, eam legere iubebit.

10 Professio autem, & anni, quo facta est, in libro, ad eum usum confecto, memoria conseruetur, manu eius monialis, quæ scribæ officio fungitur; adhibita subscriptione eius, quæ professa sit, si modo scribere scierit; & superioris, qui eam admiserit.

11 Quo die puella profiretur, uel monialem habium induit, in foresterijs, & dibusque monialium, ab eius propinquis, & amicis conuiuia ne fiant, neque bellaria dentur.

12 Vbi religiosus iste, & uetus monialis solemniter uel ande mos his temporibus antiquatus est, ad pristinum usum, ex ueteri instituto, & ritu reuocetur, dum modò intra monasterium id fiat.

De diuinis Officijs, Precationibus; & Lectione Monialium.

SUMMARIUM.

- 1 Moniales die, noctuque Chorum frequentent.
- 2 Singula diuinis officijs intersint, & quo habitu.
- 3 Quo sono, cantusue utantur; quasque res precando fugiant.
- 4 Orationem mentalem quando habeant, & que meditentur.
- 5 Diebus festis horam aliqua in lectione consumant.
- 6 Earum libri recognoscendi, & à quibus.
- 7 Scriptoque tantum approbati ad eisdem retinendi.



Vm ad sanctimoniales ualdè pertineat laudare assidue Deum creatorem, conseruatorem, & redemptorem mundi, eidem gratias agere & supplicare, ut suam misericordiam omnibus hominibus ad salutem impertiat: idcirco moniales omnes, die, noctuque chorum frequentent: sacrisque officijs distinctè, attentèque ab ipsis, & uoce, & pio animi affectu celebrandis, intersint: illis solum exceptis, quarum perfecta iusti impedimenti excusationem acceperit.

1. De diuin. off. Prec. & lect. Mor.

Adiunt

2 Ad sint autem singulę initio diuinorum officiorum, congruenti sui ordinis uestitu indutę, in suis, ac proprijs locis & usque ad finem persistant: non prius inde discedentes, quę præfecta, aut nite eius alia, discessus significationem fecerit; nisi necessitate aliud postulante, id eadem permiserit.

3 Soni, cantus, qui honesti, & spirituales non sint; colloquia etiam, risus, quicquid præterea indignum est domo Dei, & eius diuina maiestate, cum qua colloquimur in oratione; omnino amoueantur. Quę cumque autem contrā hæc, quę iussa sunt, aliquid fecerit, præfectę arbitrio pro modo culpę acriter puniatur.

4 Et quia mentis oratio tantō præstantior ea, quę solum ore exprimitur, quanto anima est excellentior corpore; pijs incredibile solatiū affert, & fructum; eosque quotidie nouis cumulat muneribus, in Deū quodam modo conuertens: ideō moniales, & uelate, & conuersę, præter horas Canonicas, aliasque orationes, quas ex officio habere debent, quotidie in chōrum uniuersę conuenientes, nisi necessariō impediuntur; saltem per horam mentalem orationem, adhibeant: semi hora uidelicet post matutinum: itemque post nonam, aut Completorium, sublatis ad Deum mentibus pijs, & salutaribus rebus contemplandis, præsertim verō vitam, doctrinamque D. N. Iesu Christi, atque eius sancta misteria studiosē meditantur, passionem uidelicet, mortem, resurrectionem, ascensionem in cælum, extremum aduentum ad iudicium, beatorum gloriam, & damnatorum supplicia; aliaque eiusmodi, quę ad Dei gloriam, & propriam, proximorumque salutē pertineant.

5 Diebus festis ut otium, à quo mala omnia oriuntur, euitetur; moniales tempus, quod sibi à diuinis officijs, & consuetis orationibus superfluerit, in sacra aliqua lectione consumant, quę ad Dei, & sui ipsius cognitionem eas ducat, uiamque monstret perfectionis, & eterne uitę; idque uel separatim, uel coniunctim faciant, cum huiusmodi lectio suauis, & fructuosa sit animarum oblectatio; uitia coerceat; ad uirtutes inflāmet; contrā autē inaniū librorū lectio mentes corrumpat.

6 Quod nē accidat, Superior, aut confessor omnes monasterij libros perspiciat, & recognoscat; singulas moniales in uirtute obedientię suos proferre cogens.

7 Moniales, libros cuiusuis generis apud se minimē retineant; nisi quos Episcopus, uel is, cui id curę dederit scripto approbat.

De Communi Vitę usu, ac de proprietate tollenda.

SUMMARIUM.

- 1 Moniales communiter uiuant. 3.
- 2 Omnia ad communem monasterij utilitatem conferant.
- 4 Proprietatis tollendæ causa, quod Confessariorum officium.
- 5 Vestes omnes communi in loco asseruandæ. 6.
- 7 Aegrotarum, ubi custodiendæ.
- 8 Moniales dona non capiant nisi consentiente Præfecta.
- 9 Neque nummos apud se retineant. 11.
- 10 Præfecta } Celas monialium quando uisitent.
Discrete }
- 11 Proprietaria inuenta, ut puniendæ.
- 12 Monialibus catellæ, speculum, suffimenta, unguenta prohibentur: vaseque fruticum, & florum uendendi causa: offulæ quoque ad donandum uendendumque confici vetantur.
- 13 Moniales elemosynam facere, donare, uendere, legareque non possunt.
- 14 Quando, & quibus eisdem aliquid donare liceat.
- 15 Ad benedictionem mensæ quando conueniant.
- 16 Mensæ benedictio à Præfecta vel Vicaria fienda.
- 17 Quo ordine discumbant: & quando à mensa discedant.
- 18 Lectio in mensa habenda.

Moniales uno loco dormiant singulæ in singulis lectis, & cellis. De Monast. Monial. nu. 22.
Celle die, noctuque apertæ sint; eæque à quibus uisitandæ post signum datum eundi cubitum. Ibidem.

IN omnibus monasterijs, quod ad cibum, potum somnum, vestitum cæterasque res attinet, omnes communiter uiuant; ut à sacro Tridentino Concilio decretum est: neque quidquam inter eas differat, aut alia alij præferatur, aut posthabetur, quemadmodum votum paupertatis postulat: tuum & meum atque omnis priuatarum possessio, & re, & verbo omnino tollatur, omnis etiam superuacaneus, & inanis rerum usus, neque ulla sit, quæ quidquam possideat, aut adhibeat, ut proprium; etiam si ad necessitatem concessum sit.

2 Omnes itaque monasterij prouentus, cuiuscumque generis sint, elemosynæ etiam, & quæstus ex laborib; liuelli præterea, legata, & bona

1. De Com. vitæ usu ac de prop. toll. Sess. 25. ca. 1. de reg. & Mon.

bona mobilia, & immobilia, quæ testamento relicta, & quæ donationis, vel alia quavis causa obtinuerint, à singulis monialibus ad communem monasterij vtilitatem conferatur.

Præfecta verò pro sua prudentia, & humanitate ex illis ipsis bonis eius necessitatij potissimum consulat, ad quam pertinerent, nisi obliaret paupertatis votum.

4. De Monialibus.

3 Curetur omninò, vt exquisita illa, ac religiosa communis vitæ ratio, atque vsus in monasterio studiosè introducatur; vtque spiritalis vitæ, sanctæque institutionis disciplinam, ac studia moniales lectentur diligenter.

1. Ibidem.

4 Vtque omnis proprietatis occasio tollatur de monasterijs, confessorum, ac præfectæ, voti paupertatis accuratius seruandi gratia, monialibus suadere studebunt; vt curent omnes vestes lineas, laneas, vel pelliceas, aut cuiusuis generis in communi loco asseruandas; duasque ex monialibus, quo tempore mutantur officia, ijs excutiendis, purgandis, & sarcindis præficiendis: quæ etiam fororibus in singulas hebdomadas pro tempore, & vt vsus feret, eas distribuant, nullaque vestes apud se habeat, præter eas, quæ ad quotidianum vsum sunt necessarie.

4. Ibidem.

6 In loco vestiario indumenta cuiusuis generis, vestesque omnes asseruentur.

Nec in cellulis, alioquò loco priuatim reponatur quicquam, custodiatur, quod eo ipso tempore necessarium non sit.

1. Ibidem.

7 Egrotarum verò vestes, contagionis nomine suspectæ, separatim custodiantur, aut apud illas ipsas relinquuntur.

8 Dona quæ singulis mittuntur, ad præfectam adferantur: nulla possit illa accipere, ant ad vsum adhibere, nisi sciente, & consentiente præfecta; quæ in id omninò incumbere debet, vt ex monasterio vitium proprietatis, tamquam multorum malorum causam, euellat; neque cuiquè permittat, vt pecuniam apud se habeat.

4. Ibidem.

9 Monialis nummos nè modicos quidem, apud se quouis nomine habeat, neque de præfectæ etiam consensu; nisi officij, quod gerit, ratio aliter postulat. Alioquin, vt proprietatis rea puniatur. Quam pœnam, & præfecta, quæ id vilo modo vllouè prætextu permiserit, & monialis item subeat, quæ rescuerit, nec præfectæ bidui spacio; aut si hæc in culpa sit, superiori quam primùm potuerit, non denunciari.

1. Ibidem.

10 Ter autem in singulos annos, Præfecta vnà cum Discretis, cellas, & supellectilem singularum monialium diligenter, inquirat; & sentetur, nè vlla quidquam habeat proprij, aut plus quam quantum ei ad suum vsum concessum fuerit.

Sess. 25. ca. 2. de reg. & M.

11 Quod si quæ proprij aliquid tenere deprehensa, aut conticta fuerit; ea biennio actiua, & passiuua voce priuata sit ex Tridentini Concilij

cilij decreto atque etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones puniatur, multoque magis, quæ ex communi, aut ex eo, quod alicuius vsui tributam sit, furtim sibi aliquid vindicauerit.

12 Si præterea speculum, catellus, ynguenta, aut suffimenta, & huiusmodi inanium rerum quidquam apud aliquam repertum fuerit; superior statim id è monasterio auferendum, & eam, apud quam inuentum fuerit, acriter puniendam curabit.

Fructuum, florumuè uasa in monasterijs nullo modo teneantur, eos. 4. De Monia. vel fructus, vel flores vendendi causa.

Moniales etiam nè offulas, aut cætera huiusmodi conficiant, donandi gratia, prohibemus; propter temporis iacturam, & sumptum, qui in eas impenditur. Quæ contra decretum aliud commiserit, vel permiserit, superioris arbitrato puniatur: maxime verò in præfectam animaduertatur.

Offulas, & alia huius generis non modo donandi, vt primo Concilio vetitum est; sed etiam vendendi causa, à moniale aut monasterio confici nè liceat. 4. Ibidem.

13 Monialis, siue velata, siue conuersa sit, eleemosynam dare, lagiri, aut vendere esculentas res, vestes, aut bona cuiusuis generis sint; etiã si ad vsum ei attributa sint, aut etiam legare omninò non possit. Quæ secus fecerit, uelut ei per mensem adimatur; ac ter se uerberibus ad disciplinam affligere cogatur. 1. De communi vitæ vsu, &c.

14 In quo tamen integrum sit præfectæ concedere facultatem; cui concedi debere iudicabit, aliquid deuotionis, ac religionis causa vel aliud exiguum elargiendi propinquis, aut benè merentibus.

15. 16 Ad sonitum minoris campanæ omnes conueniant ad benedictionem mensæ, quam præfecta, vel Vicaria, uel, ipsis absentibus, antiquior Discreta faciat.

17 Deinde loco, & ordine discumbentes non prius discedant, quàm Deo gratiæ actæ fuerint, quæ non obdierit, uno die obsonio priuetur: ac postremo loco in mensa sedere cogatur.

18 Mane, & uespero ad primam ac secundam mensam aliquis spiritualis liber, qui ad religionem incendat, quotidie legatur, omnibus discumbentibus, cum silentio, & attentione audientibus: ut unà cum corpore, mens etiam recreetur Vniuersæ Moniales. De Monasterio Monial. 22.

De Clausura, & quæ ad eam tuendam aliquaratione pertinent.

S Y M M A R I V M.

- Clausura monialium tuenda causa, quæ de fenestellis, & locis collocutionum, ianuis, rotis, fenestris alijs, ostijs, & cancellis construendis, obstruendis, multisque alijs præscripta sunt. De Ecclesia, & de Monasterio Monial. nu. 12. 13. 14. 15. & à nu. 6. ad 25.*
- 1 *Monasteria Monialium è vicinorum Religiosorum præcipue adib. non inspicienda; utque prospiciendum.*
 - 2 *Prospectus is ubi tolli non possit, quid agendum.*
 - 3 *Regulares uiri nè propè Monast. Mon. edificent, & quare.*
 - 4 *Moniales etiam, nè propè eorundem Regularium virorum monasteria fabricent.*
 - 5 *Monasterijs monialium ædes proxima quibus non locande.*
 - 6 *Quæ in eis agi vetantur.*
Horti, qui angustiores reddendi. De Monast. Mon. nu. 29.
 - 7 *Locus unde extra monasterium prospici possit, qua facultate pateficiendum.*
 - 8 *Cautio ea in licentia danda, & eo prospectu arcendo.*
 - 9 *Moniales professe è monasterij septis, non egrediantur: & quam ob causam quaque facultate egredi possint. 60.*
Egredientes, ut plectendæ. Ibidem.
 - 10 *Apostatæ moniales ad sua monasteria redire cogendæ: & quando in Conuertitarum numerum adscribendæ.*
 - 11 *Moniales, ex quacumque causa, etiam criminali, è monasterio non educendæ.*
 - 12 *Monasterij monialium septa nemo ingrediatur.*
 - 13 *Monialis quempiam introducentis pœna.*
 - 14 *Ingrediens absque licentia Ordinarij, excommunicatus. 38.*
Moniales quoque ingredi aliquem permittentes, excommunicatæ. 41.
Facultates ingrediendi septa monasterij quando, & quomodo concedendæ. 16.
 - 16 *Quæ causæ iudicandæ necessariae ad illas concedendas; eæque ubi enunciandæ.*
 - 17 *Facultates ipsæ in scriptis ab Episcopo dandæ; & quando à Vicario concedi possint.*
Alius hoc attentans, excommunicatus. 40.
 - 18 *Ministros ingredientiæ, quæ moniales associant, alloquantur,*
 - 19 *Ingredientibus obuiam prodeuntes deducentes & sermonibus præsertes, ut velatæ existant.*
 - 20 *Medici septa ingressuri ab Episcopo probandi.*

- 21 Furnorum usus, ad tollendum ministrorum ingressum, introducendus.
- 22 Facultates habentes, ea non nisi in urgentibus necessitatibus utantur; alias excommunicati.
- 23 Episcopo, Superiori, Confessario, quibus ex causis septa ingredi non liceat.
- 24 Episcopi, Superiores, qua causa ingrediantur, & cum quibus.
- 25 Monasterij intra septa pernoctantes, & permittentes, excommunicati.
- 26 Animalia, quæ in eis non alenda.
- 27 Moniales cum nemine externo, licentia carente, colloquantur: & qua potissimum tempore, 31.
- 28 Contra facientis quæ pœna.
- 29 Licentiæ à rota præpositis accipiendæ, & Præfectæ præsentandæ; & quod ea in re Præfectæ officium.
- 30 Collocutiuræ, breui utantur sermone.
- 32 Moniales, parlatorijs præfectæ, & aliæ, cum nemine cõmunicent, quæ ab exterius acceperint.
- 33 Præfectæ, & parlatorijs præpositæ, vigilant, nè quis simulato nomine ad colloquendum accedat.
- 34 Aditus ad monasteria monialium, & collocutio cum monialibus quibus prohibetur, & quibus conceditur absque licentia scripta.
- 35 Parentibus, & fratribus, ex primo Concilio concessa facultas, sine licentia moniales alloquendi, per quartum tollitur.
- 36 Accessus ad eadem monasteria cantum docendi causa, artemque sonandi, & puellas iniuifendi tantum causa prohibitus. 37.
Facultatem eò accedendi solus Episcopus, vel Vicarius concedit: alius hoc attentans excommunicatus. 39.
- 41 Moniales aliquem admittentes ad parlatoria, vel rotas, absque licentia, qualiter castigandæ.
- 43 Facultates prædictæ à Præfecta custodiendæ, & Episcopo visitanti exhibendæ.
Cautio quæ ad tollendum certis diebus ad Monasteria accessum. De Monast. Monial. 13. 14. ex 6.
Organũ monialibus, ut concedendũ. De Eccl. inter. & ext. Mon. nu. 32.
Moniales musicis instrumentis non sonent. Ibid. nu. 33.
- 44 Depositi, aut custodia nomine nihil accipiant, acceptumq; restituant.
- 45 Secularium vestitu non utantur.
- 46 Vestesque sacras non induant.
Offulas donandi, vendendi uè causa non conficiant. De Communi vita usu, nu. 12.
- 47 Litteras, quomodo alijs mittere possint.
- 48 Missas ad se, Præfecta præsentate legant.

- 49 *Quibus in litteris nē fraus fiat, quid obseruandum.*
 50 *Moniales nihil priuatim ad scriptiōnis vsum habeant.*
 51 *Scribendi facultatem à præfecta petant: & quid à præfecta agendū.*
 52 *Munera ne dent.*
 53 *Eleemosynam quomodo erogent.*
 54 *Medicamenta qua facultate, & à qua moniali vendenda, vel danda.*
 55 *Ea, extrà claustra existentibus non exhibenda.*
 56 *Camini, ubi non tolerandus, etiam qualiter obstruendus.*
 57 *Sepulture locus nemini intrà monasterij septa dandus: neque cadauera extra septa sepelienda.*
 58 *Annona, ultra vsum, in monasterio non afferuanda.*
 59 *Clausura monialium Episcopis ualde commendatur: quam ipse violantes, ut plectenda. 59. De Materia clausuræ Monialium. Videatur. De Monialium, nu. 3. De Conuersis, nu. 2. De Constit. num. 13. & 14. Trid. Conc. Sess. 25 c. 5. de reg. & Mon.*
 61 *Viri certi deligendi qui monasteria monialium adeant, & quod eorum officium.*
 62 *Clausuræ monialium ab Episcopo visitandæ; & quid à monialibus tunc inquirendum.*
 63 *Monasteria Monialium extra mœnia sita, ubi aliò transferenda sint, quas in Ecclesias non transferenda.*
 64 *Monialium translatio ut faciendæ.*

1. De Clausura, &c.



Vrent Episcopi, & alij superiores, nē è vicinorū ædibus quicumq; illi sint, monasteria inspiciantur; maximè verò si fratrum cuiusvis ordinis, aut presbyterorum ædes illis imminet: quo casu parietes altius tolli, & novos ædificari iubent eorum sumptibus, quorum Episcopi, & ipsi, qui monasteriorum curatores sint, interelle iudicauerint, quacumque appellatione remota.

Quamobrem etiam sæcularium principum auxilium implorent, ut monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis securre per monasterium ambulare liceat.

4. De Monia.

2 Quibus monasterijs de vicinorum, præsertim religiosorum prospectu tollendo ita caueri non potest, sicut Concilio Provinciali primo iussum est; eorum fenestras, si lumen excipi aliundè licet, obstruantur: sin minùs, ab illa seruitute defendatur operis structura, in institutionibus nostris demonstrata, quæ in porcibus item quas logias dicunt, ab eadem seruitute tenendis, adhibeatur.

1. Ibidem.

3 Regulares uiri in posterum, nē in ea loca migrent, neue areas monasterijs

monasterijs monialium proximas, ædificandi causa emant: unde monialium aspectus fieri possit.

4 Moniales item monasteriorum ædificatione uicina regularium uirorum ædibus, aut ijs locis, unde ipsæ ab illis inspici possint, in posterum prohibemus.

5 Ædes proximæ monasterijs sanctimonialium famosis mulieribus nē locentur.

6 Ne uē ibidem spectacula, cantus, saltus, ludi, & huiusmodi profanæ res, & inanes exerceantur; quæ eas à sacro officio auocare, aut ipsis offensionis causam præbere possint.

7 Ne fenestra, in ullo cuiusuis ordinis monialium monasterio, etiam regularium iuri, curæ uē subiecto, ne uē ostium ullum, aliud uē id generis foramen, unde aliquis extrâ monasterij claustra prospectus sit, patefiat, aperiatur uē sine Episcopi, cui monasteriorum omnium claustra commendata est, concessu.

4. Ibidem.
Sess. 25. ca. 5.
de regul.

8 Nec uerò id ille permittat, concedatur; nisi ubi locum diligenter inspexerit, & ita fieri necessarium censuerit. Tuncque ad impediendum, arcendum uē eum prospectum illa ipsa cautio, supra mox præscripta, adhibeatur.

9 Quemadmodum à sacro Tridentino Concilio sancitum est, moniali professæ nulla ratione è monasterij septis egredi liceat; nisi ex causa legitima, quæ ab Episcopo probata sit.

1. Ibidem.
Sess. 25. ca. 5.
de reg. & Monial.

Huiusmodi uerò licentia egrediendi nullo pacto permittatur; nisi id grauissima res, & summa necessitas postularit: neque ijs monialibus, quibus nisi ex summi Pontificis concessu, egredi fas est.

10 Apostatæ, fugitiuæ, & delicti causa eiectæ è monasterijs, quæ cum sacro uestitu, aut sine eo uagantur, non sine scandalo religionis, ab Episcopis, cæterisque earum Superioribus petito etiam sæcularium principum auxilio ad sua monasteria redire cogantur; ut ibi dignas pœnas pendant suorum scelerum. Quod si superioribus in monasteria restituito debere minimè videantur, in earum mulierum numerum, quas conuertitas uocant, cum bonis, quæ attulerunt, ad monasterium, adscribatur.

6. Quæ ad Monia. pert.

11 Ea autem bona illis mortuis, priori monasterio restituantur, occasione correctionis, pœnitentiæ, seu examinis, in causis etiam criminalibus, & grauioribus, monialis, è claustra nē educatur; etiam si in aliud monasterium, locū uē pium conducenda, ne ad breue, quidē tēpus.

12. 13 Si quæ monialis, in monasterij septa matrem, aut fœminam cuiusuis ætatis, conditionis uē, etiam matrem, aut sororem sint, introduxerit, tribus mensibus in carcerem concludatur; eique singulis sextis ferijs ieiunanti nihil præter panem, & aquam ad cibum, & potum adhibeatur, atque ad annum uelum adimatur. Eandem pœnam subeant, quæ

1. Ibidem.

rote, & ianuę prepositę fuerint: prefectę etiam, & quęuis alię, quarum consensu id commissum sit.

Seff. 25. c. 5.
de reg. & Mo-
nial.

14 Quicumque uerò Clericus, siue secularis, siue regularis, cuiuscumque ordinis, aut laicus cuiuscumque status, dignitatis, gradus, conditionis ipsarum monialium septa interdium, uel noctu introire ausus fuerit, preter excommunicationis pœnam, quam ex Concilio Tridentini decreto ipso iure subit, alijs etiam grauissimis pœnis, habita personę, criminis, que ratione puniatur. Et si Ecclesiasticus sit, aut beneficia obtineat, suorum etiam ordinum munere, ex Ordinarij uoluntate prohibeatur, suisque omnibus beneficijs priuetur. Quo decreto excipimus eos, quibus ob necessariam monasterio eorum operã, & industriã Superior septa ingrediendi facultatem, quotannis renouãdam, scripto permisit.

Seff. & ca. eo.

15 Is autem meminerit sibi à Tridentino Concilio ius ademptum esse eiusmodi facultates concedendi; nisi in casibus necessarijs: ideoque caueat, ne, quę intus officia moniales obire possunt, ad ea prestanda externi in septa monasterij introducantur, atque ut in hac necessitate dignoscenda, una, eademque ratio ubique seruetur, & ille facile concedendi usus coerceatur; Episcopus adhibitis in Concilio omnibus monasteriorum Superioribus etiam Regularibus, statuat, ac prescribat, quę opera in monasterijs necessariũ externorum ingressum requirant. Quam uerò rationem in hac re prescripserit, ea ab omnibus, & Regularibus, inuolatę seruetur.

4. Ibidem.

16 Cause necessarię, ob quas intra septa monasterij ingredi licet, in hac Prouinciali Synodo, exprimi Concilij decreto, uel explicatę, uel tamquam nullo modo reiectę in extrema huius Concilij parte editę, atque impressę in singulis monialium monasterijs, etiam regularium curę subiectis, edicantur, & enuncientur: nec uerò ab ijs ullo modo, ullauę ratione, ac preteritu discedi liceat.

6. Quę ad
Non. pert.

17 Facultas ingrediendi septa monasterij nulla detur, nisi in scripto, neque uerò quę sine scriptis concessa est cuiquam suffragetur; nisi quando unã cum Episcopo is monasterium ingreditur. Episcopus autem solum modò, ac nullo modo Vicarius generalis hanc potestatem faciat, nisi speciatim ei Episcopus auctoritatem delegarit, qua alijs ingrediendi facultatem dare possit, atque Episcopus quidem eam auctoritatem minimè alij demandet, nisi Vicario tantum generali, ac neque ei item, cum ipse præsens est.

4. Ibidem.

18 Ministris, quibus ob necessariam causam monialium septa ingrediendi facultas aliquñ datur, illę solũ moniales, quas prefecta delegerit, imperent; alię uerò preterea nullę quicquē illis uel iubeant, uel alloquantur.

19 Moniales cum in eo loco, ubi ab alijs, qui foris sunt, enati à concionatore, aut à Superiore uideri possunt, sermoni, concioninē inter-

sunt,

sunt, omnes facie sint operata, & contacta uelo, usque ad os deducto.

Idem praesent, quae cuius, etiam medico, aut superiori monasterij septa ingredienti, obuiam prodeunt, uel illum excipiunt, deducuntue.

20 Probetur ab Episcopo medici aliquot, quos concessu etiam monasterij superiorum, intra illius septa adhiberi liceat; si quando praeter medicum ordinarium, alios etiam morbi grauitas requirit.

21 In uoquoque monasterio, Episcopi furnorum, in quibus panis coquatur, usum introducant, ut pistoribus, eorumque ministris ingressus in monasterium prohibeatur omnino. Nec uero uir, quisquam ad furnum purgandum, inflammandumue, aut ad aliud quicquam faciendum, quod a monialibus fieri, agiue potest, introducatur.

22 Caueant, qui ab Episcopo, superioreue facultatem habent ingrediendi monasterium, ne pro libito intra eius septa, datę facultatis praetextu ingrediantur; sed tunc solum cum ugens necessitas deposcit; ut ne ex Sanctissimi Pontificis Gregorij XII. sanctione, excommunicationis poenam statim subeant; a qua, nisi per sedem Apostolicam absolui non possunt.

23 Ne praeterea religiosis hominibus septa monasterij, etiam suę cure commissi ingredi liceat, ne ea quidem causa, ut testantium, qui in monialium Ecclesia, uel sepeliri, uel anniuersaria quotannis agi uoluerit, pię uoluntati satisfaciant: sed quę anniuersaria ex testamento debentur, in earum exteriori Ecclesia praesent.

Nec uero processionis, in solemnitate Corporis Domini agēde causa, confessarius sacerdos, aut alius superior eō ingrediat, ac ne Episcopus quidem eo nomine, neque alios ingredi patiat.

Neque item causa uel monialium cubiculis benedicendi; uel ea, locauē monasterij aqua benedicta aspergendi.

Nec etiam cum uestitus sacer puellis tradendus est, uel illae ad professionem admittendae sunt, uel ministrandum sacramentum, confirmationis, Episcopus, Superiorue tam Regularis quam saecularis, aut confessarius, aliusue ad septa monasterij introeat: sed in Ecclesia exteriori, ubi sanctissimę Eucharistiae sacramentum ad fenestellam ministratur, haec illis, uel puellis, uel monialibus in Ecclesia interiori manentibus, praesentur.

24 Neque Missae celebrandae causa, ad interiorem Ecclesiam, monasterijue septa, Episcopus, superiorue introeat umquam; nisi tantum, cum praefecta monasterij, aut alia monialis consecranda est: tuncque ne moniales egrediantur; sed ijs adiunctis etiam, quos ad ministerium conficiendum necessarios habet, ministris, introeat licet, intus Missam celebret, ritumque consecrandi adhibeat, ad Pontificalis libri praescriptum.

5. Quae ad Mon. pert.

6. *Quæ ad
Moniales pt.*

Episcopi, & Prælati omnes tam seculares quàm Regulares, quibus monasteriorum monialium, quouis modo cura concedita est; facultate sibi ex officio data in ea ingrediendi, ita demum utantur; ut scilicet cū necessaria causa urget, ingrediantur; paucosque comites, & eos quidē seniores ac religiosos homines secum adhibeant; nè pœnas, ac censuras Gregorij XIII. Summi Pontificis constitutione ipso facto inlicitas subeant: quam constitutionem accuratè seruent.

r. *Ibidem.*

25. Intra septa monasterij mares, & fœminæ cuiusuis generis, etiam si ipsis monialibus inseruiant, uel sint etate confecti, nulla de causa pernoctare possint, proposita pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam & is, qui pernoctarit, & præfecta, quæ id permisit, subeat, quibus addantur alię pœnæ Superioris arbitratu.

26. Ne uè intus in eisdem septis boues, equos, & iumenta cuiusuis generis alant.

Si contrà fiet, præfecta tres menses ab officij sui munere amoueat.

27. Moniales cum nemine externo omninò colloquantur; nisi is licentiam scriptam, & ob signatam à Superiore monasterij, aut ab eo, quæ is suo nomine substituerit; atque in Cancellaria Episcopali gratis descriptam attulerit.

28. Quæ contrà id fecerit, priuetur trium mensium facultate loquendi cum externis omnibus cuiusuis sexus, etiam propinquis, cogaturque singulis sextis ferijs eius temporis, discipline nomine, flagella sibi publicè adhibere, & orare eo psalmo, *Miserere mei Deus.*

29. Licentię autem, scripto permisse, accipiantur ab ijs, quę rote sint præpositę; priusquam ad præfectam deferantur, quàm illę accersantur, quę scripto nominatę sint. Præfecta, ubi scriptum legerit, manumque & signum eius agnouerit, cuius officium sit facultatē colloquendi concedere, benedictione adhibita, permittat ijs, quę scripto nominantur; ut cum illis tantummodo loquantur, qui nominatim descripti sint: idque ad cōnem collocationis fenestellam, non ad ianuā, neq; in Ecclesia, aut alibi, præsentibus semper monialibus arbitris ei muneri præctis.

30. Quę uerò ad colloquendum accesserint, breui finem loquendi faciant, caueantque nè tempus, quo nihil est pretiosius, inani, aut inutili sermone consumant.

31. Non est ferendum, ut moniales, præsertim sacris diebus, aberrantes, ab oratione, ceterisque pijs exercitationibus, sermonibus minime necessarijs tempus consumant: idcirco, quibus diebus sumitur sacrosancta Eucharistia, & quoties dies festi ex præcepto Ecclesię celebrantur; tempore etiam Aduentus, & Quadragesimę; in uigilijs præterea de præcepto; omni denique tēpore, cū diuina fiunt officia, moniales cū externo nemine omninò colloqui possint: nisi necessitas ita postulet.

Monia.

32 Moniales verò, tam quæ audiendis sermonibus præpositæ sunt, quàm ille, quæ loquentur, nè monasterium absurdis, & inanibus rumoribus compleatur, cum nemine omninò communicent, quæ ab externis acceperint: nisi, cum præfecta, si eis expedire uidebitur, ut aliqua ad eam referantur.

33 Vigilent præfecta, & quæ sermonibus audiendis præpositæ sunt, nè quisquam ad colloquendum cum monialibus accedat simulato eius nomine, qui scripta licentia nominatur. Quod si id à quoquam commissum fuerit, is ab Episcopo: quæ verò cum eo collocuta fuerit, & quæ scientes permiserint, à suo Superiore harum constitutionum præscripto, grati pœna eorum arbitratu afficiantur.

34 Quicumque verò Clericus, siue secularis, siue regularis, cuiuscumque ordinis, aut laicus cuiuscumque status, dignitatis, gradus, & conditionis ad monialium monasteria accesserit; & cum earum aliqua, non impetrata, ut præscriptum est, colloquendi facultate, sermonem habuerit, grauiter puniatur.

35 Hoc autem edicto, neque patres, neque fratres teneri volumus, quibus non impetrata illa colloquendi facultate; sed seruatis cæteris regulis, hac ipsa de re latis, cum filiabus, & sororibus tantum colloqui, non tamen supra umquam ingredi licebit. Ex eod. Concilio Prouinciali primo de Concionatoribus, &c. monial. nu. 13.

Quod in Concilio Prouinciali primo de facultate scripta, ad monialium monasteria accedendi sancitum est; id tùm mares tùm fœminas, quocumque etiam gradu, dignitate, genere uè illustres, inuiolatè seruare decernimus; etiam si pater, mater, fratres, sorores siue monialis, quam uisitatam ueniunt. Idque omninò ubique præstari cura Ep̄i sit.

4. Ibidem.

36 Nemini omninò neque sacro, neque profano, neque mari; neque fœminæ liceat adire monasteria monialium docendi causa tantum, quem figuratum uocant.

1. Ibidem.

In ijs tamen monasterijs, in quibus non in exteriori Ecclesia à secularibus, sed intus à monialibus organo sonatur, permittere poterit Superior alicui viro, moribus, & ætate ab Episcopo probato, ut foris ad fenestellam colloquutionis monialem organistam tantum sonandi artem edoceat, si in eo studij genere plus proficere necesse habeat.

Hæc autem intus, ad ipsam fenestellam discens, commorabitur; cui semper adlident duæ ex ijs, quæ audiendis sermonibus præpositæ sunt.

Quæ contrâfecerit, siue præfecta, siue alia, uel priuetur alijsque prætereà pœnis afficiatur, arbitratu Superioris. Quod sequitur uide De Ecclesia Monialium nu. 32.

Facultas superiori Concilio permilla, ut Monialis organista, sonandi artem, Episcopi concessu, doceri possit, abrogata sit: atque ita, ut

2. Capita q̄dam ad Mon. pert. cap. 3.

D d d 4 nemini,

dicimini, nec uiro, nec fœminę, etiam cuiusuis Superiori facultate, ad monasterium quoduis accedere fas sit eius rei causa: sed quę monialis uel organo sonandi, uel muicę artis perita est, alias moniales institute re poterit.

6. Quę ad
Mon. pert.

Quoniam superioribus Concilijs Prouincialibus, non satis, quantũ rei grauitas deposcit, adhuc monialium periculo consultum, ac pronisum est, quod cum ex frequenti ad earum monasteria accessu tum ex ingressu etiam septorum clausurę exillere potest; idcirco eo de genere hæc addenda censuimus. Ut autem hæc ipsa notoria sint, edicto Episcopali duorum mensium spacio, & deinceps quotannis sermone uulgari frequenter prout opus erit, populo promulgari, singulisque præterea monialium Monasterijs, earumque præfectis edici, denunciariue Episcopus mandet.

37 Nè quis Clericus, laicisue cuiuscumque generis, ordinis, conditionis, sexus, ætatisue sit, absque Episcopi, aut eius Vicarij concessu litteris exarato, ad monialium monasteria, quouis pretextu, casuue, ac ne eo quidem nomine inuisendi, alloquendiue puellas tantum, quę ibi educantur; unquã accedat propositis, pœnis, & censuris arbitrio Episcopi.

38 Ne quis item absque eiusdem Episcopi facultate scripta, intra septa monasterij monialium, in posterum ingredi audeat. Si quis contrã fecerit, excommunicationis pœnam ipso facto subeat, ex Concilij Tridentini, Apostolicarumque sanctionum, quas Summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. eo nomine ediderunt, præscripto. A qua excommunicatione non ab alio nisi à Summo Pontifice Romano absolui possit.

39 Neque in posterum aliquis Ecclesiasticus, secularis, Regularis, aut laicus quocumque gradu, auctoritate, dignitateue præditus, cuiquam homini Ecclesiastico etiam Regulari, aut laico facultatem ad monialium Monasteria accedendi, nè colloquendi quidem gratia, concedat.

Sess. 25. ca. 5.
de reg. & Mō.

40 Nec uerò monasterij septa ingrediendi potestatem faciat, quauis consuetudine, statuto, lege, priuilegijsue, etiam sedis Apostolicę auctoritate, ante Concilij Tridentini promulgationem roboratis, & communis non obstantibus.

Siquis contrã commiserit, pœnam excommunicationis ipso facto subeat, aliasque arbitrio Episcopi.

41 Abbatissę, Priorissę, & alię moniales, quę Ecclesiasticos, aut laicos homines, quauis causa, pretextuue intra monasterij septa absque Episcopi concessu litteris consignato, ingredi permiserint, ipso facto excommunicationis pœnam subeant, à qua è sanctionis Sanctissimi D. N. Gregorij XIII. præscripto nõ possint, nisi à Summo Pontifice absolui, præter alias pœnas eadem constitutione propositas.

Quæ

42 Quæ uerò moniales absque Episcopi concessu scriptis exarato, quemquam, vel marem, uel sceminam, contra quam supra præscriptum est, ad collocutionum, rotorumve loca admiserint, biennio mulctatæ sint suffragio omni. Si uerò iterum in hoc genere deliquerint, arbitrio Episcopi puniantur, tum deinceps si itidem offenderint, excommunicationis etiam in pœnam ipso facto subeant.

43 Præfecta autem monasterij facultates omnes scriptas, quas vnusquisque exhibuerit, siue de accedendo ad monasteria, siue de ingrediendo ille sint, accuratè assuet; Episcopoque clausuram uisitanti, & alias quoties postulabit, exhibeat, ut eas cum libro, quod regestum nuncupatur, conferre possit.

44 Nè liceat monialibus depositi, aut custodiæ causa, in monasterio habere pecuniam, gemmas, uestes, aut eius generis res ullas cuiusuis personæ, nec uasa quidem florum, aut fruticum.

Quod si quæ in præfenti habeant, ut omnis incommodi causa tollatur, ad tres menses, quibus debent, ea restituant.

Contumacibus, aut negligensibus pœna sit; præfectis, officij; ceteris, uel i spoliatio.

45 Moniales, nè animi quidem relaxandi causa secularium uirili, aut muliebri uestitu utantur; cum dedecet Dei famulas, uestes ab earum professione alienas induere, uerum, decoro semper seruato omnium, & temporum, & actionum, permittente præfecta, honestè, & quemadmodum sacras Deo uirgines decet, animum remittere, licebit.

46 Ne moniali cuiusuis ordinis albas, & uestes, aliaue indumenta, Missæ sacrificij usui dicatas, induere liceat.

47 Nulli moniali fas sit ad quemquam secreto litteras scribere, præter superiorem, & Episcopum, si de aliqua grani re esset admonendus.

48 Neque ad se missas litteras aperire, & legere, nisi præfecta prius eas coram Vicaria legerit; aut se præfente legi iusserit.

Quæ contra hanc legem aut scripserit, aut acceperit litteras, per duos menses è sua cella pedem non efferat; & singulis sextis ferijs, ita ieiunare cogatur, ut tantum pane, & aqua uescatur.

Ac si ea litteræ suspicionem aliquam criminis haberent, ea, ad quæ scripta fuerunt, præter prædictam pœnam, sex menses, & facultate loquendi ad fenestellam monialium collocutionis; & uelo priuentur.

49 Verum, nè præfecta falli possit, fictis ei litteris ostensis, quæ aliæ sint ab acceptis, & ab illis, per quas responsum est; quæ rotæ præpositæ fuerint, omnes accipient litteras, quæ ad monasteriū peruenerint; easque statim ad præfectam afferent à qua etiam litteras, à monialibus scriptas, accipient clausas, & obsignatas coram eadem ipsa, quas deinceps nuncijs externis tradent.

Monialis

1. Ibidem.

4. De Monia.

1. Ibidem.

5. *Quæ ad
Mon. pert.*

50 Moniales ne atramentarium, calamum, aliudve cuiusvis generis instrumentum, quod ad scribendum vsui sit, in cella, aliove loco priuatim habeat. Quod si quando scribere necesse habet, id ne faciat, nisi præfectæ concessu.

51 Hęc uerò nè facillè concedat, permittatve; sed explorata, perspectaque scribendi causa, eaque graui, & necessaria; facultatem de atramentario, ceterisque ad scriptionem necessarijs accomodet: quę ubi monialis adhibuerit, quàm primum præfectæ restituat, simulque rectè ostendat, quęcumque scripserit.

4. *De Mon.*

52 Abstineat monialis à muneribus dandis. Eleemosynam uerò per rotam, portam uè monasterij dari uetitum sit omninò, quoniam inde non leuia pericula, uel damna potius extare compertissimum est: sed quibus monasterijs pro ratione facultatum eleemosynam dare permissum erit ab Episcopo, alio uè superiore, ab illis detur pecunia, frumentum uè, aut aliud eiusmodi pijs aliquibus uiris, præsertim uerò locorum piorum curatoribus, qui pauperibus distribuant alio loco, quam apud monasteria.

53 Medicamenta, si quę Episcopus, aut alius superior uendi, aut foras dari permiserit, ab aromataria seniore solum dentur, & ab alia prætereà nulla; nec uerò priuato, sed monasterij nomine, uendantur, dentur uè.

54 Moniali nè liceat ijs, qui extrà claustra sunt, uel medicamenta parare, præbere uè, uel manum medendi causa admouere, uel remedia exponere, uel aliud quicquam ad rem medicam pertinens exercere.

4. *Ibidem.*

56 Caminus si quis in priuatis cellis extractus est, perpetuò ita obstruatur, ut in eo ignis accendi nullo modo queat.

Cùm uel fenestra, uel ostium, uel caminus obstruitur, illius cardines sic euellantur; ut non ad tempus, sed ad perpetuitatem id actum sit. Idem in fenestris, ostijs, & caminis iam obstructis, seruetur.

4. *Ibidem.*

57 Intrà monasterij septa nemini alij, nisi monialibus sepulchrum, aut sacer sepulture locus detur, situè. Nec uerò monialium cadauera extra septa efferantur ad sepeliendum.

58 Ad tuendam etiam clausuram ea cautio adhibeatur, ut neque triticum, neque alię fruges, neque annona in ullis monasterijs, præterquàm ad monasterij usum, & necessitatem asseruetur.

5. *Quę ad
Mon. pert.
Sess. 25. ca. 5.
d. reg. & Mō.*

59 Meminerit Episcopus, se, ut est Bonifacij octauī Pontif. & Concilij Tridentini edita sanctio, diuini iudicij obtestationem, ac maledictionis eterne exterminationem esse subiturum, si in monialium, etiam quę ab sua iurisdictione liberę, immunesque sunt, clausura restituenta, atque adeò conseruanda se negligenter gesserit.

Quare studiosè in eo euigilet pastoralī sollicitudine; ut non modo in

in monasterijs suę curę, iurique subiectis, verum in illis, quorum curatio ni regulares cuiusnis ordinis pręsunt, illa omni ex parte, ut diligentissimè fieri potest, seruetur, propositis etiam Tridentini eiusdem Concilij, & arbitrij sui pœnis.

60. Contrà moniales item, & illas etiam, quarum curam Regulares gerunt, si quando è clausurę finibus exierint, facultate à sede Apostolica non impetrata, cęnsuris Ecclesiasticis, alijsque iuris remedijs agat, prout è re esse uiderit.

5. Ibidem.

61. Viri aliquot pij, ij denique solertes ab Episcopo deligantur, qui, festis pręsertim diebus, monialium monasteria, etiam regularium iure, curęve subiecta, adeant, forisque undique percipiant, si quid contrà, quàm de illis pręscriptum est, fiat, agaturve; anque quisquam sit, qui facultate non impetrata, cum illis colloquatur.

4. De Mona.

62. Monialium monasteria &c. Tit. de Visitat. nu. 27.

Episcopus autem, cum clausuras monialium, etiam earum, quę Regularium curę, iurisdictionique subiectę sunt, uisitatib, de clausurę custodia, & decretorum, quę ad eam rectè tuendam, quouis modo pertinēt, usu, atque obseruatione, moniales, etiam singulas, ut opus esse uiderit, diligenter interroget.

6. Quę ad Mon. pert.

63. Quę monialium monasteria extrà vrbs, aut oppidi mcenia sita, Episcopus Tridentini decreti auctoritate, in vrbs, uel oppida frequentiora, ut tuta sint, transferri oportere, aut expedire censuerit nè ea in Ecclesia scęculares transferat, ubi animarum cura geritur.

3. De Moni. Sess. 25. ca. 5. d reg. & Mo.

64. Si quando moniales, legitima facultate, ad aliquod monasterium transferri contigerit; eam curam, cogitationemque Episcopus suscipiat, ut quòd à, paucissimis conspiciantur, benè manè, sub auroram scilicet, à uiris erate, morumque honestate grauib, cognationeque propinquioribusque. cò. deducantur.

5. Quę ad Mon. pert.

Quę in hoc Tit. desiderantur, videantur in Titulis, De Ecclesia interiori, & Exteriori Monial. & De Monasterio earundem.

De Conuersis.

S Y M M A R I V M.


- 1. Conuersę moniales, qua etate, quam ob causam, quaque facultate exire possint è monasterij septis; & egressę quę caueant, quęque obseruent. 2.
- 3. Clausura ab eisdem, religionem professis, Episcopo curante seruanda. & De Monial. nu. 3.

Conti-

4 *Contumaces, ut puniendæ.*

*Conuerſe orationem mentalem quando habeant. De diuin. off. 4.
Elemoſynam facere, donare, & vendere qua prohibentur. De Com-
muni vitæ uſu. 13.*

1. *De Con-
uerſis.*

1  Onuerſis minimum quadraginta annos natis, & Superiori probatis, facultas ſit exeundi è ſeptis monaſterij, propter negotia monaſterio neceſſaria, permittente tamen præfecta, quotieſcumq; exeundum fuerit.

Cui etiam liberum ſit, eas, ſi ita videbitur, intra ſep̄ta ſemper retinere quod ut faciat, ſi modo poſſit, eam vehementer cohortamur.

Ad funera autem nè prodeant, niſi quæ ordinis ſint mendicantium.

2 Exeuntes uerò binæ prodeant; neque longius diſcedant, altera ab altera, quam ut ſe inuicem aſpicere, & audire poſſint.

Quibus ſi ex urbe egredi contigerit, ſemper in eodem lecto ſonnum capiant.

Caueantque nè in cuiuſquam famoſæ perſonæ domum introeant, etiam ſi illa de monaſterio benè merita fuerit.

Neuè in domicilijs, ubi aliæ honeſtæ mulieres non habitent, pernoſtent.

Neue litteras, aut mandata clàm perferant.

Aut quidquàm inane monialibus renuncient, quod foris uiderint, aut audierint.

Delinquentibus pena ſit, carcer, aut etiã grauior, arbitrato Superioris.

3. *De Monia.
& reg:*

3 Quod ſanctiſſimus D. N. Gregorius XIII. de monialibus ſanciuit; id Episcopus exequatur quàm diligentiffimè, præſertim quod de certo earum numero conſtituendo decreuit, quod de elemoſynis præſtandis, quod de oſtiolo obſtruendo quo aditus è monaſterio patet ad exteriorem Eccleſiam; quod de clauſura ab eiſdem non uiolanda, & à conuerſis etiam ſeruanda, præſcripſit. Idque omne efficiat omninò, ut executionem habeat, cum in Monaſterijs, quorum curam gerit, tum in illis Regularium curationi commiſſis: idque eiſdem conſtitutionis auctoritate.

4 Si quæ autem moniales, conuerſeue non ijs paruerint, quæ eadem ſanctione de clauſura ſtatuta ſunt; pœna uiolatæ clauſuræ plectantur.

De Mulieribus Pœnitentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mulieres pœnitentes, quarum consensus ad professionem recipiendæ.*
- 2 *Ee in dote, etate, renunciatione, & quibus alijs, ut moniales, dum recipiuntur, & profitentur, non habendæ.*

1 **R**egulæ, constitutiones uè speciatiim editæ de pœnitentibus, quæ professionem emittunt, seruentur, ne in ijs recipiendis consensus duarum partiũ monialium requiratur, ut Concilio Prouinciali primo sancitum est: id quod in alijs solum monialibus locũ habere hoc loco declarat; sed maior pars satis fit, etiã in professione emittenda.

6. *Quæ ad Monial. pert.*

2 Nec uerò in earum mulierum domicilijs certus numerus constituatur; nec rursus in ijs locum habeat, quod de elemosyna loco dotis, alimentiuè, eiusque summa, & additione in monialiũ monasterijs præstare decretum est: sed illud in necessarijs alimenti expensis erogetur: reliquum autem in alias monasterij necessitates, aut in bonorum imobiliarum emptione arbitrio superioris conuertatur.

His mulieribus liceat professionem emittere, ea etate, eoque temporis probationis spacio, quibus iure communi liceat, aut earum constitutionibus speciatiim cautum est.

In earum præterea renunciatione, & obligatione, constitutiones earum, & earum superioris, aut ius commune seruetur.

Neque nouitiæ, si quid in anno probationis dederit, mulieres uè acceperint, pœnis plectantur, nisi speciatiim aliter caueatur.

Mulieres item, quas absoluto probationis anno, non habiles esse, neque idoneas ad professionem compertum est; aut se profiteri illæ recusauerint, è monasterijs nisi causis iure permissis, nè eijciantur. Verũ Episcopus probationis, nouitiatusque tempus proroget, licet.

Ne uerò item, quæ mulieres habiles non sunt ad officium, uelumque nigrum suscipiendum, etiam si domus illa conuersis opus non habeat, contra institutum repellantur.

De Puellis Sæcularibus, quæ in Monasterijs educantur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Puelle sæculares educationis causa in monialium monasteria introducenda post annum exeant.*

In

- 2 *In posterum non recipiantur, nisi Superiore permittente.*
- 3 *Quibus Puellis non permittendum: egressæque ut iterum recipiende.*
- 4 *Receptæ, quo habitu induantur, & cum quibus non colloquantur.*
- 5 *Quo loco dormiant.*
- 6 *Earum educationis causa quantum soluendum.*
- 7 *Si moniales fieri nolunt, quæ seruanda.*
- 8 *Domi suæ uiuentes, quæ cum monialibus non agant.*

1. De Puellis
sac. Quæ in
Mon. educ.



Puellæ sæculares cuiusuis generis, conditionis, & ætatis, quæ, nunc in clausura monasterij, educationis, aliaue causa commorantur, post annum è monasterio exire cogantur; nisi omnibus ijs prædita, quæ ad suscipiendam religionem, monasterij institutis, Tridentini Concilij, & harum constitutionum decretis requiritur, monachalem uestem sumere uoluerint. Episcopis tamen facultas permittitur probabili de causa prorogandi tempus suo arbitratu, consentiente Superiore Regulari in ijs monasterijs, quæ ei subiecta fuerint.

2 In posterum puellæ educationis causa, in monasteria nè recipiantur, sine licentia, scripto permissa ab Episcopo, ac Superiore Regulari, si ei subiectum fuerit monasterium, cui etiam prius accesserit scriptus Metropolitanus consensus.

3 Hæc autem licentia non concedatur puellis, quæ habeant, à quibus regi, & educari commodè possint, aut ijs, quæ decimum annum non compleuerint, aut maioribus quindecim annis.

Quæ semel exeunt è monasterio, amplius, aut in illud, aut in ullum præterea aliud admitti non possint; nisi cum moniales fieri uoluerint.

4 Huiusmodi autem puellæ nigri tantummodo, aut fusci, uel albi coloris uestes, non sericas adhibeant: nullo præterea exquisito ornamenti genere utantur; nè sint concinnatæ, nè uè habeant in aures, nec monilia, aut eius generis inanes delicias.

Cum propinquis, alijs uè externis nè colloquantur; nisi eisdem seruatæ, quæ suprâ de monialibus eo in genere decreta sunt.

5 Dormiant, cibum capiant, uersenturque loco separato à monialibus ijs exceptis, quæ ipsis regendis, & instituendis præpositæ sunt: cum nullaque moniali consuetudinem habeant, præterquam in Ecclesia; cum Missa aut diuina officia celebrantur.

6 Puellarum alimenti, & educationis causa quotannis monasterio non minus soluatur triginta aureis: cuius pecuniæ dimidium in singulos sex menses representetur. Quod si ea pecunia per ipsos sex menses non numerata fuerit; puellæ ad suos remittantur, quos magistratus mona-

monasterio omninò satisfacere cogant.

7 Quæcumque ex ijs puellis monialis fieri uoluerit, ad propinquos suos mitatur, aut ad eos, qui ipsius curam habent, apud quos saltè per mensem maneat, priusquam ab Episcopo, aut ab eius ministris examinetur. Idque ut facilius, ac melius eius libera uoluntas exquiri, & explorari possit.

8 Puellas verò, domi suæ foris uiuentes, neque litteras, neque ullam omninò artem monialibus docere liceat; nè ad fenestellas quidem, aliaue colloca-tionis loca. Quod, si id monialium præfecta quouis modo permiserit; semestris administrandi officio priuetur.

De Concionatoribus, Confessoribus, Visitatoribus, Capellanis, & Procuratoribus Monialium.

S Y M M A R I V M.

- 1 Concionatores monialium quales: & ubi illis concionentur, & à quibus deligendi.
- 2 Concionatoribus ipsis quando cum monialibus colloqui non licet.
- 3 Confessores monialium quales, & quando earum peccata audiant, & Eucharistiam administrent.
- 4 A quo probandi.
- 5 Quando mutandi: & quando priuandi. 8.
- 6 Intra monasterij septa non ingrediantur, septaque ingressi, à quot monialibus comitandi.
- 7 In foresterijs quando comedant, & dormiant. & De Monast. Monial. nu. 33. in fi.
Confessionum locus qualis. Ibid. nu. 31.
- 9 In eisdem foresterijs comedentes, ac dormientes Regulares, & Clericè alij, ut puniendi.
- 13 Regularibus monialium fratribus, quando cum eisdem monialibus colloqui liceat.
- 14 Confessorum socij quales, & cum quibus monialibus colloqui possint.
- 15 Confessor extraordinarius monialibus dandus.
- 16 Confessor ordinarius, extraordinariè illarum confessiones non audiat.
- 17 Confessores dona à monialibus non capiant. & nu. 20.
Confessarijs stipendium in pecunia dandum. 22.
Visitatores monialium quando in foresterijs uesci, & cubare possint. 10.
Idem

- Iidem dona à monialibus non accipiant. 11.*
- Quando illis monialium sumptu vivere liceat. 12.*
- 18 *Capellani monialium quales; & à quibus deligendi. Et qua facultate. De Missis sine cantu. 36.*
- 19 *Cum quibus monialibus colloquantur. Munera à monialibus non capiant. 20.*
- 21 *Missarum celebrandarum munus à monialibus non suscipiant.*
- 22 *Capellanorum stipendium pecuniarium sit.*
- Procuratores*
- 23 *Famuli. } Monialium quales, & à quibus probandi.*
Ministrique }
- 24 *Procuratores, quibus, & quando rationem reddant.*
- 25 *Illis certe regule præscribenda: à quibus nullum donum capiendum. supra, nu. 20.*
- 26 *Inuentarium honorum ab eisdem conficiendum, & in Archiepiscopale deferendum.*
- 27 *Vicarij perpetui in Parochialibus Ecclesijs, Monasterijs annexis, constituendi.*

1. De Cõcio. 1
&c. Monial.



Vi monasterijs præfunt, doctos, prudẽtes, ac pios concionatores adhibeant; qui bis saltem in singulos menses ad cancellos colloctionis monialium, uel ad fenestellas Ecclesiæ, Dei uerbũ prædicent, easque erudiant in omnibus, quæ ad Deum cultum, & sempiternam salutem consequendam pertinent.

Sess. 25. c. 10.
de regul.

- 2 *Concionatoribus autem nè liceat cum monialibus separatim colloqui nisi eis à Superiore monasterij licentia permittatur.*
- 3 *Præfiantur et monialibus confessores, & etate prouecti, & prudẽtes, & Deum timentes; qui semel saltem, in singulos menses audiant peccata monialium: eisque sacrosanctam Eucharistiam administrent; quemadmodum sacrum Tridentinum Concilium debere censuit.*
- 4 *Nemo Regularis peccata monialium possit audire; nisi prius à generali Capitulo, aut sui ordinis Generali, aut eo absente, ab ipsius Vicario generali probatus fuerit: cuius rei fidem fecerit Episcopo eius loci, ubi fuerit monasterium, aut eius Vicario.*
- 5 *Omnes Monialium, & Sæculares, & Regulares Confessores, confecto biennio, aut ad summum triennio, mutentur: nisi iusta aliqua, aut necessaria causa Episcopo, aut eius ordinis Generali, si Regularibus subiectum sit monasterium, postulare videatur, ut illis tempus prorogetur.*

Iidem

6 Idem monasterij septa ingredi non possint; nisi id eis à superiore aliqua de causa concessum fuerit; excepta causa administrandi sacramenta ægrotis monialibus, cum graui, & periculoso morbo laborant: quo tempore dum intrà septa commorantur, eos duæ, aut tres moniales, quæ ætate cæteris præstet, comitentur. Eadèq; omnes prosequantur, quicunque septa monasterij introierint, etiã Superiores, ac visitatores facta prius significacione sonitu minoris cæpanæ monialibus se recipiendi: quæ cõuetudinè, nisi præfecta seruarit, officio moueatur superioris arbitrio.

7 Confessores in monasteriorum locis, quos foresterias vocant, cibi capiendi causa nè morentur, nisi confessionis tempore.

Neque tũ etiã ibi noctu cubent; nisi cum alicui ex monialiũ numero mors instaret, vt præstò esse possint administrandis sacramentis, & reliquis pietatis officijs; aut cum propinquũ monasterio domicilium nõ habent: vt in multis monasterijs, quæ sunt in Diocesi.

Nemini autem confessori sæculari, aut Regulari assidue habitare liceat foris in foresterijs, & ædibus monialium; aut earũ sumptibus ibi viuere; nec, si in ijs locis dormitur, quæ monasterium attingunt, fenestræ, aut rotæ sint. Et si sunt, statim muro obstruantur; vt nihil à monialibus, quod in eò loco agatur, aut dicatur, aspici, aut audiri possit.

8 Qui verò confessores in ijs deliquerint, statim, & officio priuètur; & facultas tũm adeundi illud monasterium, tũm diuina administrandi eis arbitrio Superioris adimatur.

9 Eandem pœnã subeant omnes Regulares, & alij cuiusuis generis Clerici, qui cibũ, aut somnũ capiēt in locis collocationũ, ac foresterijs monialiũ; aut munera alicui moniali, quæ secundo, arctioriue cognationis gradu coniuncta non sit, dederint, aut ab ea acceperint.

10 Superiores tamen, suo arbitrato, cum illis colloqui, & in foresterijs vesci, & cubare possint, quo tempore visitant monasteria: si tamen ibi fratrum sui ordinis monasteria non habeant. Quæ si sunt, apud eos diuersari debent, neque graues esse monialibus.

11 Idem pecuniam, munera, aut præmia à monialibus nè accipiant; quo illæ apertè intelligant in eiusmodi risitatione tantummodo ab eis consuli Dei gloriæ, & monialium saluti.

12 Liceat verò ijs Superioribus, qui premuntur inopia, sumptu monialium viuere, cum eas visitant, aut adeunt alia de causa, quæ ad ipsarum vtilitatem spectet.

13 Regularibus, qui fratres sint monialium, permisso Superiorum, quemadmodum supra dictum est, semel in singulos annos cum sororibus monialibus tantum colloqui liceat: idque presentibus ijs, quæ collocationi præpositæ sunt, quod, si illi aliquos secum adduxerint, ij cum monialibus omninò nè colloquantur, proposita ea pœna, quæ superius

E e c collo-

colloquentibus sine licentia est constituta.

14 Socij confessorum Regularium sint etate prouecti, & Superiori suo probati, neque cum ulla moniali colloqui possint, nisi cum prefecte, & rote, aut foresterie preposita, si quid opus sit confessoribus, tūc cum peccata audiunt, eiusdem periculi.

Sess. 25. c. 10. 15 Præterea Superiores ex decreto sacri Tridentini Concilij quotannis idoneum confessorem extraordinarium monialibus sibi subiectis exhibeant, cui curent, ut uniuersę confiteantur; ut que huiusmodi indigent medicina propter aliquem occultum animi morbum, neque ipse eam postulare, aut accipere ab usitato confessore umquam audent, liberius mederi suis malis possint: ac diaboli laqueos euadere, vnā cum reliquis confessori nouo sua peccata confitendo.

3. De Monia. & reg. 16 Qui ordinarius confessor, in aliquo monialium Monasterio constitutus aliquando fuerit, ne idem ad earum confessiones extraordinarie audiendas mittatur; si modo nō aliter quandoq; Episcopus cęserit.

17 Confessarij monialium ab eis, aut singulis, aut vniuersis, aut ab earum Prefecta, ne monasterij quidem nomine, quidquam, etiam minimum dono accipiant: nisi, si quid eis annuę certę portionis Episcopi iussu datur ad uitę sustentationem.

2. Ibidem. 18 Sacerdotes, qui in monialium Ecclesijs publicis rem diuinam facturi sunt, benę audiant; & bonis moribus sint: & ab eo etiam approbati, qui monasterio præsidet.

Ex quibus, qui a monialibus mercede conducuntur, non ab illis, sed a Superiore, aut eius iussu a confessore monialium deligantur.

1. Ibidem. 19 Qui nisi eis facultas scripto concessa sit, cum monialibus ne colloquantur, nisi cum ijs, quę sacrilitiæ præsumt; quibuscum ad rotam Ecclesię quā breuissimē loquantur de his tantummodo rebus, quę ad Missæ sacrificium sint necessaria.

4. De Monia. 20 Confessarij, & Capellani item Sacerdotes monialium, & ministri præterea, quos illarum curę Episcopus præfecerit, quicumque sint, ne munus vllum, ne minimum quidem, nec verò esculenta, poculenta, ne ab illis ullo nomine neq; publico, neque priuato capiant accipiunt, pena proposita eiusdem Episcopi arbitrato irroganda. Neque præterea quicquam capiant dono, ea specie, pretextuue datum, quod res eiusmodi sint, quę Ecclesiastico vsui inseruiant, qualia sunt corporalia, purificatoria, indumenta Clericalia, sacre imagines, & alia id generis.

Nec verò item aliud, manuum opere elaboratum, artificiosuē confectum, ab illis accipiant, ac ne laborem quidem, opusue, quod in vestibus uel sarcinendis, uel reficiendis ponitur.

21 Caueant item Capellani Sacerdotes, ne ab ulla moniali primitiam, sed a monasterij præfecta, aut ab illa, quę sacrilitiæ preposita est,

manus

munus missas celebrandi suscipiat. Cum qua praefecta, praepositaue solum; nec vero cum alijs monialibus colloquantur, tam de rebus scilicet, quae ad suum munus solum modo pertinent.

Idemque hoc de genere toto à monialibus seruetur, poena tamen illis, tum Capellanis proposita, Episcopi arbitrio.

22 Quibus vero Confessarijs, Capellanisue Sacerdotibus aliquid annui stipendij ad vitam sustentandam vsu Episcopi permisso dandum videbitur, id omnino certa pecuniae summa detur; nisi aliquando Episcopus aliter concesserit, nempe loco pecuniae triticum, uel uinum, uel aliquid eiusmodi dari.

23 Praefecta monialium nemine ad monasterij famulatum, & procuracionem admittat, cuius aetas, & mores earum Superiori probati non sint.

Eiusdem est superioris sit approbatio eorum, qui nunc monialibus inseruiunt. Quo in numero medici, tofores, furno, aut pistrino praepositi, ceterique; omnes intelligantur quibus in monialium septa introeundum sit.

24 Qui monasterij res procurant, quotannis suae administrationis rationem reddant ijs, quos diximus: & ad duos menses bonis praedibus caueant Cancellarijs Episcoporum, se fideliter rationem reddituros suae administrationis, quod si facere neglexerint, officio priuati censeantur.

25 Monasterij vniuscuiusque; curatoribus, procuratoribus, patronis, defensoribus ab Episcopo certa regulae praescribantur: ex quibus cognoscant singulas muneris sui partes. ij vero curatores, & id generis ministri ab Episcopo singulis monasterijs, curae suae subiectis, illos non habentibus, constituantur: ita tamen, ut eiusdem Episcopi arbitratu à muneris illius cura omnes, & singuli semper amoueri queant.

26 Bonorum & iurium omnium, ad monasterium quodcumque, etiam regularibus subiectum, pertinentium, inventarium, probabili forma conscriptum, sex mensium spacio, ad archiuum Episcopale ab ijs, quorum interest, deferatur, ne fraus villo modo fiat, numero monialium ab Episcopo praefinito.

Quamobrem si quas etiam alienationes eorum bonorum, iuriumque fieri deinceps contigerit, de ijs Episcopus certior fiat.

27 In Parochialibus Ecclesijs, quae monialium monasterijs annexae sunt, perpetui Vicarij, ex formula Tridentini Concilij praescripta, ab Episcopis constituantur.

1. Ibidem.

4. Ibidem.

4. De Monia.

1. Ibidem.
Sess. 7. cap. 7.
Sess. 25. c. 11.
de reg. & Monial.

De propria Regula, & Constitutionibus, his assidue legendis.

S V M M A R I V M.

- 1 Regulae monasteriorum quando monialibus legenda.
- 2 Constitutiones conciliares quando eis quoque euulganda.

Ecc 2 Ee

- 3 *Ea præfecta exemplo, & auctoritate seruanda.*
- 4 *A Confessoribus, vulgariter reddita, explicanda.*
- 5 *Ab ijs etiam obseruanda, quæ arctiori regula adstringuntur.*

r. De Prop.
reg. & const.
his assid. leg.



Via moniales, quæ professæ sunt, non solum Dei, & sanctæ Ecclesiæ præcepta, quæ Christianis omnibus præscripta sunt; sed etiam suæ regulæ, & ordinis leges, & instituta seruare debent; operæ pretium erit, illis suæ vocationis, & professionis debitum officium in memoriam quam sæpissimè reuocare. Ideò in virtute sanctæ obedientiæ

præcipimus, vt in singulis monasterijs ab aliqua moniali, cæteris professis audientibus, quotidie legatur saltem caput vnum constitutionum regulæ, aut ordinis, cui adstrictæ sunt, cuius lectionis initium fiat à primo, & ita procedatur ad extremum; ac deinceps ad primum caput redeatur: vt eodem ordine, ac progressionem seruata, numquam sacræ huiusmodi exercitationis vsus intermittatur.

2 Præterea has etiam constitutiones frequenter legi iubemus, vt crebra salutarium præceptorum comemoracione moniales in obeundo suo munere diligentiores euadant.

3 Qua in re præfectam monemus, ut cæteras ad summam legum obseruationem non minus exemplo suo inuitet, quam auctoritate compellat.

4 Denique præcipitur omnibus monialium confessoribus, ut illis vniuersis semel legant, & explicent omnia hæc decreta: quæ in vulgarem sermonem conuersa, ad communem prouinciæ utilitatē primo quoque tempore curabimus edenda: eaque vt omnino, quemadmodum debent, seruent, vehementer cohortentur.

5 Quæ moniales arctioribus constitutionum regulæ que vinculis adstrictæ viuunt; non is animi nostri sensus, vt ab illis, susceptæ vitæ institutis discedant, sed vnà cū ijs hæc quoque decreta ab illis seruari iubemus.

De Censuris.

S V M M A R I V M.

- 1 *Excoicatis denunciandis, quod Ep̄i, & quod Parochi officium. 8.*
- 2 *Excommunicati, tribus mensibus in excommunicatione permanentes, quibus Episcopis denunciandi; quibus illorum absolutio significanda.*
- 3 *Excommunicationem per annum sustinentes, vt plectendi. Interdictum & denunciatio Paschæ tempore non communi cautum, quaq; cautione illud relaxandū. De sanctæ Euch. in Eccl. adm. nu. 8.*
- 4 *Interdicti. T. moniti, vt ab Ecclesia exeant, si non obedierint, Excommunicatiq; S. a Sede Apostolica tantum absoluenadi.*

Inter-

- 5 Interdicta Episcopalia, censuræque alia, à Regularibus promulganda, & seruanda.
 Excommunicatorum & nomina Regularibus, & infra quod tempus, Interdictorumque. & mittenda. 9.
- 6 Eadem ad Episcopalem Cancellarium per Parochum deferenda.
 A Cancellario ipso in tabellam referenda; eaque tabella in Cancellaria asseruanda. De Cancellario. 31.
- 7 Alia quoque tabella in Sacristia retinenda.
 Exilioque multati. & in tabella eadem, vt referendi. Ibid. nu. 33.
 Suspensi Clerici & Excommunicati, quò diutius absolutionem petierint, eò grauius Interdictique & puniendi. Ibidem in fi.
- 10 Excommunicationum, & aliarum censurarumius à Parocho explicanda: à quo etiam docendum quemadmodum peccata euentur.
- 11 Excommunicationes omnes in tabellam relata, quando, & ubi publicanda.
 Excommunicationes, censuræque alia, tam lata, quam ferenda, Tridentinis & Prouincialibus decretis contenta. In Indice, verbo. Excommunicatio. Interdictum. suspensio, videnda.
 Excommunicationum littera, pro rebus deperditis, vt concedenda, remissuè. De foro Episc. 23. & seq.



Vò diligentius studeant, qui excommunicationis pœna affecti sunt, in sanctæ matris Ecclesiæ gremium restitui, ac nè alij eorundem commertio consuetudineuè per imprudentiam utantur, nos veterum Canonum auctoritatem sequuti, id iubemus, ut Episcopus, cum excommunicationis sententiam contra aliquem tulerit, eumque ex-

2. Tit. 1. dec. 21.

communicatum, palam denunciari iusserit, eius nomen, & cognomen, tum ad Cathedralis, & propriæ Parochialis Ecclesiæ valuas, affigendum descriptum mitti curet Parochis, & urbanis, & Diocesanis: qui primo saltem cuiusque mensis Dominico die illum populo excommunicatum denuncient; neque hoc agere desistant, quò ad ipsos Episcopus significarit, eundem matri Ecclesiæ reconciliatum esse.

2. 3 Quòd si tres menses is excõmunicacionis uinculo irretitus permanserit; illius nomen, & cognomen Episcopus tum reliquis huius Prouinciæ Episcopis, tum illis præterea denunciaret, ac significet, quorũ Diœceses sibi finitimæ sunt. Cum autem ille ipse ad matris Ecclesiæ gremium redierit quibus antea illum excõmunicatum Episcopus denunciauerat, ijs eundem absolutum quàm primùm significet. Quòd si quis

per annum in excommunicatione permanerit; ad Episcopum Parochus eum deferat, ut contra illum agatur, quemadmodum & canonum iure, & summorum Pontificum sanctionibus decretum est.

5. De Ep. Ep̄a
li iur. & foro.

4 Et uerò publicè excommunicatos, interdictosue, qui à Sacerdote celebrante, ut ab Ecclesia exeant, nominatim moniti, permanere auserint, excommunicationis uinculo irretitos esse, neque ab alio, nisi à sede Apostolica solum, absolui posse, ostendat, ut Clementis Quinti sanctione cautum est.

Sess. 25. c. 12.
de regul.

5 Interdicta ab Episcopo promulgata, non solū, quæ uniuersos, sed quæ singulos etiam attingunt, ab ordine omni regularium in suis Ecclesijs, & promulgentur; & seruentur item, ut Tridentinum decretum iubet.

6 Parochus cum aliquos, uel excommunicatos, uel interdictos pronunciarit, eorum nomina, cognomina, & diem, quo excommunicati, interdictiue sunt, quàm primum ad fori Episcopalis Cancellarium deferat. Quod sequitur, uide De Cancellario.

6. Quæ ad Pe
nit. sac. pert.

7 Iubeat Episcopus in omni sacristia certo conspicuo loco tabellam affigi, in qua eorum, qui interdicti, aut excommunicationis uinculo irretiti sunt, nomina, & cognomina rectè descripta, in omnium conspectu sint; ut, & si quandoque fortassè præsentibus sint à diuinis officijs, Ecclesiæque eijciantur.

8 Et si contra Concilij Prouincialis decretum in ea censura perstiterint, in singulos menses ad eiusdem præscriptum de more denunciarentur.

9 Illorum præterea singulorum nomina, & censuræ item, quæ affecti sunt genus, octo post diebus, quàm interdicti, excommunicatiue sunt, ad Regulares quoque mittantur, ut cum illis ipsi etiam agant ad præscriptum constitutionis, quæ Summus Pontifex Bonifacius VIII. eo de genere edidit. Quod si contrafecerint, pœnas subibunt ea ipsa constitutione sancitas.

3. De ijs, quæ
ad penit. sac.
pert.

10 Quò diligentius fideles caueant, nè excommunicationis ullius uinculis irretiantur: hoc Parochi sæpè præstent, ut eos sæpè doceant, quàm grauis excommunicationis pœna sit; & quàm ualde omni studio cauenda: idque ad præscriptum faciant instructionis, quæ cura nostra ad prouinciæ usum conficietur.

Idem illi efficiant ex præscripta similis instructionis formula ad ea peccata detestanda, quæ frequentius à suæ Parochiæ hominibus committi animaduernerit.

5. Ibidem.

Non solum excommunicationis, ut tertio Concilio decretum est; sed etiam interdicti, aliarumque censurarum uim, & potestatem Parochus ipsi sermonibus, concionibusue aliquando explicet, quos ad populū habet.

Quæ

11 Quæcumque excommunicationum sententiæ, uel à Summis Pontificibus uel Tridentini, aliorumque generalium, & Prouincialium Mediolanensi. Conciliorum decretis, uel Diœcesanarum cuiuscumque; urbis Synodorum constitutionibus latæ sunt, quibus ipso facto, uel iure homines irretiuntur; hæ omnes, summatim vulgari sermone expressæ, & in tabellam aliquam ordine relatæ, die primo Dominico Quadragesimæ in singulis Cathedralibus Ecclesijs, de suggestu frequenti populo de scripto legantur, quò fideles meminerint, diligenter ab illis cauendum esse. Idque etiam fiat in Parochialibus illis Ecclesijs singulis, ubi id fieri Episcopus expedire censuerit. 3. Ibidem.

De Pœnis, & Multis.

SUMMARIUM.

- 1 Pœnis, his constitutionibus statutis, non derogatur alijs per sacros Canones & Trid. Conc. constitutis.
- 2 Multa Ecclesiasticis imposita in Episcopi cōmodum nō conuertendæ.
- 3 Quibus ille assignandæ.
- 4 Quando Seminario applicandæ.
Et quando locis pijs. 10.
- 5 Notarius illarum attributionis rogatus infra triduum pia loca admoneat.
- 6 Multa laicis irrogatæ ut diuidendæ.
- 7 Quibus non remittendæ: & qualiter commutandæ.
Multa Canonicis constitutæ, Sacristiæ, aut fabricæ Ecclesiæ applicandæ. Tit. sequenti, nu. 12.
Vsum in alium non conuertendæ. Ibidem.
Ea in certum librum referendæ. De foro Episc. nu. 19.
Earum quis particeps non sit. 2. Ibid. nu. 20.
Beneficijs quando Clericos priuare liceat. De vita & hon. cler. 106.
Pœnæ, multæ uenè omnes, tam certæ, quàm arbitrariæ his sex Concilijs comprehensæ, in Indice, uerbo, Pœnæ, Multæ uenè, uidendæ.



1 Quibus pœnis, nostris in hac Prouinciali Synodo decretis, delicta coercemus, nihil de illis animaduersionibus derogamus, quas ueteres canones, & sacrum Tridentinum Concilium in eadē peccata constituerant. Quare negligentes, uel contumaces, & illis, & ijs pœnis puniendos discernimus.

1. De Pœnis.

- 2 Quotiescumque delicti causa Clerici multandi sunt, quæ ab illis exigenda

exigenda erit pecunia, nullo modo ad Episcopum perueniat; in eius-
uè commoda quauis ratione conuertatur, sed idem Episcopus parte pe-
cuniæ, quæ tertiam non superet, assignata delatori, reliquam pijs ope-
ribus, aut locis, quibus ei uidebitur, omninò attribuat.

4 Quam pecuniam, si qui piorum locorum, aut operum administra-
tores intrà mensem ab eo die, quo solui debet, numerandam non exe-
gerint; ea Seminario iam nunc adiudicata intelligatur.

5 Notarius autem, qui attributionis instrumenta confecerit, triduo
ea de re loca pia, quorū intererit, admoneat alioqui eis sua pecunia sa-
tisfaciat.

6 Multas uerò, quæ ob delicta Ecclesiastica, uel mixti fori, laicis, à
iudicibus Ecclesiasticis irrogabuntur, ad hunc modū diuidi uolumus.

Vt tertia parte pijs locis, aut operibus, eadem, qua supra diximus, cō-
ditione addicta, tertia ad fiscum principum sæcularium pertineat: re-
liquum accusatori detur.

7 Quibus uerò tūm Clericis, tūm laicis pecuniæ multa imponenda
fuerit, si sint soluendo, ne eis pœnam remittant Episcopi, nisi graui de
causa, quod iudicium eorum conscientia periculo sit, sin inopes sint,
pecuniam aliqua alia salutari pœna commutent, quæ eius generis sit,
ut peccatorum uulnera contrarijs remedijs curentur.

Quæ generatim ad hæc decreta Prouincialia
& alia pertinent.

S Y M M A R I V M.

- 1 Decretis his Conciliaribus concessa Episcopis facultas, eorumque mi-
nistris, gratis est concedenda.
- 2 Facultas ipsa Episcopis concessa, in quibus ad suos Vicarios extendi-
tur, & in quibus non.
- 3 Decretorum Conciliarium declaratio, & interpretatio Metropolita-
no reseruata.
- 4 Decreta, in quibus ad Ecclesias Ambrosianas extendenda: & in
quibus non.
- 5 Eorum publicatio, & affixio, ubi, & quomodo facienda, & quando
valere incipiat.
- 6 Lectio eorundem in Synodo.
Quoque alio tempore. 8. & seq.
Decreta ad Ecclesiasticos quoscumque laicos pertinentia, ubi, & quan-
do legenda, & denuncianda. 9. 10.
- 7 Aseruatio illorum ubi facienda.

Decretis

- 11 *Decretis his, & alijs sanctionibus publicandis, certus dies præscriptus, ab Episcopo mutari potest.*
Morum non obseruantium pœna. 13.
- 12 *Mulctæ, decretis Conciliaribus constitutæ, nec certis locis attributæ, Sacristiæ, vel fabricæ, tantum applicandæ.*
- 14 *Gratiæ Deo agendæ, pro rebus Conciliaribus benè peruentis.*
- 15 *Abusus quavis causa in Indulgentias introducti à Metropolitano ad Summum Pontificem deferendi.*
- 16 *Cathedralibus Ecclesijs, quarum fructus tenues, vt prospiciatur, quid in Synodo actum.*
- 17 *Constitutiones, & priuilegia Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum recognoscenda, an repugnent decretis Tridentini Concilij.*
- 18 *Postulatio faciendâ à Summo Pontifice per Comprovinciales Episcopos ita habenda, ac si in Sessione facta fuisset.*
- 19 *Decreta omnia sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio, & auctoritati subiiciuntur.*



Vidquid consensus, approbationis, sententiæ, uel alio huiusmodi nomine, Episcopi ex facultate, in hac Synodo eis permissa, concesserint, & ab ipsis, & ab eorū quibusuis ministris, gratis omninò detur.

Quicquid consensus, approbationis, facultatis, licentiæ uel alio huiusmodi nomine ex huius, uel superiorum Conciliorum Prouincialium decretis ab Episcopo impetrandum est, eiusuè auctoritate concedendum, id, & ab ipso, & ab eius Cancellario, & quibusuis ministris gratis omninò semper detur, etiam quò ad scriptionem attinet.

2 Quamcumque facultatem ex decretis in hac sacra Synodo editis, habent Episcopi, eam ipsos per suos Vicarios exequi posse uolumus: nisi in ijs, quæ propriè ad ordinem Episcopalem pertineant, aut in quibus Vicarij à sacris Canonibus, aut à Concilio Tridentino, uel a nobis expressè exclusi sunt.

Quamcumque facultatem ex decretis in hac tertia Prouinciali Synodo Mediolanensi à nobis editis, habent Episcopi; eam, ipsos per suos Vicarios generales exequi posse uolumus: nisi in ijs, quæ propriè ad ordinem Episcopalem pertineant: aut in quibus Vicarij à sacris Canonibus, aut à Concilio Tridentino, uel à nobis expressè exclusi sunt.

Quæcumque facultatè ex decretis in hac Prouinciali Synodo Mediolanensi sexta per nos editis habent Episcopi, eam ipsos per suos Vicarios generales, aut per alios, quibus concesserint, & delegarint, exequi

1. De Pœnis & alijs, quæ generatim ad has Constit. pertinent.

4. De foro Episcopali.

1. Ibidem.

3. Quæ gener. ad hæc dec. & ad alia pert.
4. & 5. de eodem.

6. De eodem.

qui posse uolumus; nisi in ijs, quæ propriè ad ordinem Episcopalem pertineant; aut in quibus Vicarij à sacris Canonibus, aut à Concilio Tridentino uel à nobis expressè exclusi sint.

1. Ibidem.

3 Si his decretis ante alteram Mediolanensis prouinciæ Synodum, ulla difficultas orta fuerit, eius, & omnium quæ ipsis decretis continentur, interpretationem, & explicationem Metropolitanò referuamus; salua semper Sedis Apostolicæ auctoritate.

3. Ibidem ijsdem uerbis.

2. Ibidem.

Si quæ in his decretis difficultas orta ante erit quàm alia Mediolanensis Prouinciæ Synodus habeatur; eius difficultatis, tum omnium, quæ ipsis decretis tradita sunt, interpretationem, & explicationem nobis referuamus: salua semper Sedis Apostolicæ auctoritate.

4. Ibidem.

5. Ibidem ijsdem uerbis.

Si in his decretis ante alteram Mediolanensis Prouinciæ Synodum ulla difficultas orta erit, eius declarationem, tum uerò præterea omnium, quæ eisdem decretis continentur, interpretationem, & explicationem nobis, & successoribus nostris Archiepiscopis, perpetuo referuamus; salua semper Sedis Apostolicæ auctoritate.

6. Ibidem.

Si in his decretis ante alteram Mediolanensis Prouinciæ Synodum, ulla difficultas orta erit, eius declarationem, tum uerò præterea omnium, quæ eisdem decretis continentur, interpretationem, & explicationem nobis usque ad proximam futuram Prouincialemque Synodum referuamus; salua semper Sedis Apostolicæ auctoritate.

1. Ibidem.

4 Quidque de sacramentorū administratione, Missæ celebratione, diuinorumque officiorum modo, & ratione in hac Synodo decreuimus, id neque ad Mediolanensem Ecclesiam, quæ sancti Ambrosij præscripto, & instituto, proprios ritus, ac ceremonias habet; neque ad cæteras, quæcumque eodem iure, ac modo, ex antiquissimo tempore sacra facere consueuerunt, in ijs, quæ eius institutis, ritibus, ac ceremonijs expressè aduersantur, pertinere uolumus. Cæteris uerò, & Mediolanensis Ecclesia, & quæ eiusdem ritibus utuntur, æquè teneantur, atque alia, quæ in Prouincia nostra sunt, Ecclesiæ.

3. Idem ijsdem uerbis.

4. 5. 6. Idem ijsdem uerbis.

Quæcumque etiam de sacramentorum administratione Missæ sacrificij celebratione, diuinorumque officiorū modo, & ratione in hac, & superioribus Prouincialibus Synodis decreuimus, ea planè omnia, & singula ad Metropolitanam etiam, cæterasque quascumque Ecclesias, ritu Ambrosiano utentes pertinere sancimus, ac declaramus; nisi si quid eiusmodi erit, quod, uel per nos, uel deinceps per successores nostros Archiepiscopos nominatim, speciatimque declaretur, Ambrosianis ipsis ritibus, institutisue expressè aduersari.

1. Ibidem.

3. 4. 5. Ibidem, & idem.

5 Vt nemini eorum, quæ in hac sancta Synodo decreta sunt, ignorantiam excusare liceat; edicimus, ut ex quo primum die edita, in ualuis Metropolitanæ Ecclesiæ proposita fuerint, ad duos menses, omnes se, &

se, & his decretis; & si contrā fecerint, pœnis, quæ eis continentur, teneri intelligant.

Ab eo etiam affixionis die eorum decretorum temporis initium sumendum decernimus, quibus aliquid intrā certum tempus præstari iubemus.

Vt autem, quæ in hac Prouinciali Synodo decreta sunt, ad ea præstanda, illa ignorantie excusatione nemini huius prouinciæ homini uti liceat; illud edicimus, ut quo primum die in lucem emissâ, ad nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ ualuis affixa erunt, tunc duorum mensium spatio omnes se, & his decretis, & si contra quidquam admiserint, pœnis, ac mulctis, quæ in eis constitutæ sunt, obstrictos esse sciant. 2. Ibidem.

Ab eo etiam affixionis, & promulgationis die tempus eorum decretorum inchoari decernimus, quibus certo præscripto dierum spacio aliquid præstari iussum est.

Vt nemini eorum, quæ in hac sexta Prouinciali nostra Synodo, à nobis decreta sunt, ignorantia excusare liceat; edicimus, ut ea, quæ primū die de illis edictum promulgationis Ecclesiæ Metropolitanæ ualuis propositum erit, ad duos menses, omnes se, & his decretis, & si contrā fecerint, pœnis, quæ eis continentur, teneri intelligant. 6. Ibidem.

Ab eo etiam affixionis die eorum decretorum temporis initium sumendum decernimus, quibus aliquid intrā certum tempus præstari iubemus.

6 Iubebunt præterea singuli Episcopi, si eis expedire uidebitur, ea omnia, suæ quoque Cathedralis Ecclesiæ ualuis affigi; & proxima sua Diœcesana Synodo legi, ac recitari; quo studiosius eorum præcepta omnium animis inculcentur. 1. Ibidem.

Vnusquisque præterea Episcopus ea omnia in proxima Diœcesana Synodo legi, ac recitari iubebit; & si ita expedire censuerit, suæ etiam Cathedralis Ecclesiæ ualuis proponi: quò studiosius omnium animis præcepta eorum tradantur. in 3. 4. & 5. legitur eorum præcepta fixa inhereant. 2. Ibidem.

Vnusquisque præterea Episcopus, ea in proxima Diœcesana Synodo, ad præscriptum sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini promulgari iubebit; & quò studiosius omnium animis eorum præcepta fixa inhereant, singule etiam Cathedrales, & Collegiatæ, & Parochiales Ecclesiæ huius Prouinciæ has nostras Constitutiones aliquo loco collocatas perpetuò asseruent. 3. 4. 5. Ibidem, & idem.

7 Singule etiam Cathedrales, & Collegiatæ, & Parochiales Ecclesiæ huius prouinciæ, has constitutiones certo aliquo loco collocatas, perpetuò asseruent. 6. Ibidem.

8 Episcopi singulis quatuor anni temporibus, si id opportunum censuerint, 1. 2. 3. 4. 5. 6. Idem ibidem.

1. Ibidem.

uerint, legi iubeant coram se, & Canonicis Ecclesie Cathedralis, & collegiatarum, omnia ea, quae de vita, & honestate Clericorum, deque diuinorum officiorum celebratione in hac nostra Prouinciali Synodo statuta fuerint; ut ea crebro repetita, facilius in mores inducantur.

9 Quaecumque uel ad Cleri, uel ad populi conformandos mores, ad Ecclesiasticamque omnem disciplinam retinendam, Prouincialibus, aut Dioecesanis Synodis à nobis, aut à coepiscopis nostris sancita sunt, ex illis eò uberior, Deo iuuante, fructus existet, quò sepius, uel promulgatione, uel certe lectionis studio inculcata, ijs notiora fient, à quibus illa, & sciri, & animo comprehendi, reque ipsa praestari oportet.

Episcopus igitur, praeter alia, quae hoc de genere alia decreta sunt, & Canonicis, & Parochis, & reliquis Clericis certum tempus statuat, quo omnia, quaecumque ijs Prouincialibus, Dioecesanisque decretis de ijs constituta sunt, illis legantur; ita ut, quae decretorum partes ad Canonicae disciplinam pertinent, Canonici; & quae causa sua constitutiones late sunt, Parochi, & Clerici itidem, & ij omnes, quae ad uniuersum Clerum spectant, illas, lectione repetita, animo comprehendentes, praescriptas munerum suorum partes singuli studiosius exequantur. Si quis autem eorum aliquando, Episcopi iussu, interrogatus, illas per negligentiam, aliamuè culpam ignorarit, pro eius culpa, & personae ratione illum Episcopus corripiat, aut alias praeterea cum eodem agat. In seminario quoque itidem seruetur, ut earum, uel institutis, uel praecipis Clerici informentur.

10 Quae uerò decretorum partes ad laicos attinent, illas summatim vulgari sermone expressas, & certis anni temporibus distributas, prout usu uenerit, à Parochis denunciari iubeat: quò sepius inculcata, seruentur diligentius.

11 Quibus Prouincialium nostrorum Conciliorum est aliquis adscriptus dies, quo, uel summorum Pontificum sanctiones, uel Tridentinas, Prouincialesuè Constitutiones promulgari iustum est; illis decretis certum praescriptum diem eam promulgationem mutari ab Episcopo liceat, certumque alium constitui: quo die, singulis annis in sua Dioecesi id opportunius praestari posse censeat.

12 Quibus in decretis multa ijs nominatim constituta sunt, qui dignitates, aut Canonicatus obtinent, nec certis locis attributa, usus sacristiae, aut fabricae illorum Ecclesiae ab Episcopo attribuantur.

Neque uerò eas ad alium usum conuerti, neque easdem remitti; nec praeterea de ijs ipsis, etiam ab uniuerso Capitulo transigi liceat, nisi Episcopi auctoritate.

2. Ibidem.

13 Quaecumque his nostris, alijsuè superiori Synodo Prouinciali editis constitutionibus, decretisue sancita sunt, ea omnia in sua quisque Episcopus

scopus Diœcesi, diligenter obseruet; & ab alijs, quorum interest, seruanda curet omnibus iuris remedijs.

His decretis, Constitutionibusque in Concilio Prouinciali quarto sancitis, ac promulgatis, quicumque vel vniuersi, vel singuli, quorum interest, non paruerint, aut aliquid contrà commiserint, admiserintuè: ij multas, & pœnas luant, ijs ipsis decretis sancitas, ac alias præterea ex Ecclesiasticis, Conciliaribusque sanctionibus, & Canonum iure præscriptas: compellanturque præterea ad parendum, omnibus iuris remedijs.

Omni Episcopalis sollicitudinis officio, studioque vigilanti Episcopi, pro sui muneris ratione, in eam curam incumbant, vt quæcumque & in superioribus nostris Concilijs, & in hac quinta Synodo Prouinciali, decreta, constitutaque sunt, diligentem, atque adeò omnem executionem, quemadmodum par est, planè habeant. Quicumque verò vel vniuersi, vel singuli, quorum interest, non paruerint, aut aliquid contrà commiserint, admiserintuè, ij multas, & pœnas luant, ijs ipsis decretis sancitas, tum alias præterea Ecclesiasticis, Conciliaribusque sanctionibus, & Canonum iure præscriptas. Compellanturque præterea ab Episcopo ad parendum omnibus iuris remedijs, alijs etiam pœnis, & cœnsuris constitutis, & irrogatis pro arbitrio suo.

14 Maximas Deo gratias agere debemus, quod, quæ pro communi Prouinciæ salute hoc tempore statuenda videbantur, ad optatum exitum perducta sint, quodque eiusdem beneficio principes vniuersæ Prouinciæ ij obtigerunt, à quibus omnem opem, auctoritatem, & auxiliũ in eis exequendis, quæ sancita sunt, iure optimo sperare, & expectare liceat, quod, ut ex animo, ac summo studio præstent, pro nostri officij munere, eos vehementer hortamur; & per viscera Domini nostri Iesu Christi obsecramus.

15 Ex præcepto sacri Tridentini Concilij collegimus, & cognouimus abusus omnes, qui in Indulgentias ex superstitione, ignorantia, irreuerentia, aut quauis causa in Prouincia Mediolanensi irrepserunt; vt Metropolitanus de ijs, ex sententia Synodi, ad summum Romanum Pontificem referat. Cuius auctoritate, & prudentia constitutis ijs, quæ huic Prouinciæ nostræ expedire videbuntur, fideles salutarem indulgentiarum fructum piè, & sanctè percipiant.

16 Actum est diligenter à nobis ex præscripto sacri Tridentini Concilij, quæ ratio iniri posset, vt aliquæ Ecclesiæ Cathedrales Prouinciæ nostræ Mediolanensis, quarum sunt tennes fructus, ita nouis prouentibus augerentur; ut, & ad illarum necessitatem, & ad Episcopalem dignitatem satis essent. Eam autem rationem nomine Synodi Metropolitanus ad Sanctiss. D. N. referat, qui cognita rei necessitate, pro sua prudentia,

4. Ibidem.

5. Ibidem.

1. Ibidem.

1. Ibidem.
Sess. 25. De
Inuoc. vener.
& Reliquiar.

Ibidem Sess. 24
cap. 13.

1. Ibidem.

dentia, & pietate, & Episcopis, & Ecclesijs consulere poterit.
 17 Episcopi, duobus adhibitis de Capitulo illius Ecclesie, cuius res agitur, quorum alter suo, alter Capituli iudicio deligatur, statuta, constitutiones, priuilegia, & indulta Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum recognoscentes, accuratè videant, an in illis quidquam sit, quod ab ipsis sacri Concilij Tridentini decretis sit alienum; ad quorum prescriptum omnia, & ex Constitutione Sanctissimi D. N. Pij III. & ex eodem Concilio, corrigant, & emendent. Quod si Episcopo, & Canonicis aliqua de ijs acciderit dubitatio, ad Metropolitanum referat: qui à Summo Romano Pontifice explicationem eorum postulet, quæ difficultatem habere videbuntur.

1. 2. 3. Ibid.

18 Quia multa à Summo Romano Pontifice, & publicæ totius Prouinciæ Mediolanensis, & priuatæ singularum Ecclesiarum utilitatis causa petenda sunt; decernimus: vt quicquid ab eius sanctitate communibus nostris, & qui adsunt, Prouincialium Episcoporum litteris postulabitur, id huius Synodi nomine, & auctoritate ita factum intelligatur, perinde ac si in Sessione publicè postulatum esset.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

19 Omnia, & singula, quæ in hac sacra Synodo decreta, actaque sunt, qua debemus obedientia, ac reuerentia, auctoritati ac iudicio sanctæ Romanæ Ecclesie, omnium Ecclesiarum matris, & magistræ semper emendanda, & corrigenda subijcimus.

Finis. Laus Deo.

DE SVBSCRIPTIONIBVS EPISCOPORVM

qui Synodis Prouincialibus interfuerunt.

SVMMARIVM.

- 1 *Quarta* } *Synodi Prouincialis decretis, qui Episcopi, quiq; alij ab-*
 2 *Quinta* } *sentium nomine presentes, subscripserunt.*
 3 *Sexta*

1 **N**os Carolus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Prædix, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, de consilio, & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum, definiens subscripsimus. Quartum.

Ego Antonius, Laudæ Episcopus, consentiens subscripsi.

Ego Dominicus, Episcopus Brixienfis, consentiens subscripsi.

Ego Nicolaus Episcopus Cremonæ, consentiens subscripsi.

Ego Federicus Episcopus Bergomenfis, consentiens subscripsi.

Ego F. Dominicus Episcopus Astensis, consentiens subscripsi.

Ego F. Benedictus Herba Episcopus Catalensis, consentiens subscripsi.

Ego Guarnerius, Episcopus Alexandrinus, consentiens subscripsi.

Ego Io. Franciscus Episcopus Vercellenfis, consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Marinus Episcopus Albensis, cõsentiens subscripsi.

Ego Franciscus Galbianus Episcopus Intimilienfis, cõsentiens subscripsi.

Ego Romulus Episcopus Nouariensis, consentiens subscripsi.

Ego Lucas Tortus Prothonotarius Apostolicus I. V. D. & Vicarius Generalis multum Illustris, & Reuerendissimi D. Domini Cæsaris ex Comitibus Gambaræ, Episcopi Dertonæ, eiusdemque in hoc specialis procurator, eius nomine interfui, & subscripsi; & omnia, & singula in hac sancta Synodo decreta, atque acta, edita, & publicata, eius & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego Io. Antonius Carr. Archipresbyter sanctæ Iuliæ procurator specialis Illustris, & Reuerendissimi D. Petri Fauni Episcopi Aquensis, eius nomine interfui, & subscripsi; & omnia, ac singula in hac sancta Synodo acta, edita, & publicata, eius, & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

Ego

Ego Benedictus Citadinus Canonicus Ecclesie maioris Mediolani, procurator specialis Illustris, & Reuerendiss. D. Io. Ambrosij Fisci Episcopi Saonenfis, eius nomine interfui, & subscripsi; & omnia, ac singula in hac sancta Synodo acta, edita, & publicata, eius, & Ecclesie sue nomine recipio.

2 Nos Carolus S. R. Eccl. Presbyter Cardinalis tituli sancte Praxedis, Dei, & Apostolicę Sedis gratia Archiepiscopus Mediolanensis, de Concilio, & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum subscripsimus.

Ego Cęsar Episcopus Dertonensis consentiens subscripsi.

Ego Hieronymus Episcopus Laudensis consentiens subscripsi.

Ego Petrus Episcopus Aquensis, consentiens subscripsi.

Ego Dominicus Episcopus Brixienfis, consentiens subscripsi.

Ego Nicolaus Episcopus Cremonensis consentiens subscripsi.

Ego Hieronymus Episcopus Bergomi consentiens subscripsi.

Ego F. Dominicus Episcopus Astensis consentiens subscripsi.

Ego Guarnerius Episcopus Alexandrinensis, consentiens subscripsi.

Ego Io. Franciscus Episcopus Vercellensis consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Episcopus Albensis consentiens subscripsi.

Ego Franciscus Episcopus Vintimiliensis consentiens subscripsi.

Ego Cęsar Episcopus Saonenfis consentiens subscripsi.

Ego Alexander Episcopus Cafalensis consentiens subscripsi.

Ego Alexander Episcopus Vigleuanensis, consentiens subscripsi.

Ego P. Cotta Episcopus Nouarię consentiens subscripsi.

3 Nos Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli sancte Praxedis, Dei, & Apostolicę Sedis gratia Archiepiscopus sanctę Ecclesie Mediolanensis, de consilio, & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum definiens subscripsimus.

Ego Cęsar Episcopus Dertonensis consentiens subscripsi.

Ego Nicolaus Episcopus Cremonensis, consentiens subscripsi.

Ego Hieronymus Episcopus Bergomi, consentiens subscripsi.

Ego Ioannes Episcopus Brixie consentiens subscripsi.

Ego F. Dominicus Episcopus Astensis consentiens subscripsi.

Ego Guarnerius Episcopus Alexandrinus, consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Episcopus Albensis consentiens subscripsi.

Ego Franciscus Episcopus Vintimiliensis consentiens subscripsi.

Ego Alexander Episcopus Cafalensis consentiens subscripsi.

Ego Vincentius Picaluua Archipresbyter Oppidi Cassinarum, Procurator specialis Illustris, & Reuerendissimi Episcopi Aquensis, eius nomine interfui, & subscripsi: & omnia, & singula in hac sancta sexta Synodo acta, decreta, edita & promulgata, eius, & Ecclesie sue nomine recipio.

Ego

Ego Io. Paulus Albergonus, Canonicus Ecclesie Cathedralis No-
uariae, procurator specialis Illustris, & Reuerendiss. D. Francisci Epi-
scopi Nouaren. eius nomine interfui, & subscripsi, & omnia, ac singula
in hac sancta sexta Synodo acta, decreta, edita, & promulgata, eius, &
ecclesie suae nomine recipio.

Ego Paulus Granutius I.V.D. Prothonotarius Apostolicus Perillu-
stris, ac Reuerendissimi D. I. Francisci Episcopi Vercellensi, Sanctissimi.
D. N. Papae, & Sanctae Sedis Apostolicae, nunc apud Serenissimum Ro-
dolphum Imperatorem Nuncij, Vicarius generalis, eiusdemque in hoc spe-
cialis procurator, eius nomine interfui, & subscripsi, & omnia, ac sin-
gula in hac sancta sexta Synodo decreta, acta, edita, & publicata, eius,
& ecclesie suae nomine recipio.


Ego Antonius Iordanus clericus Sauonenfis Illustr. ac Reuer. D. Do-
minici Grimaldi Episcopi Sauonenfis hoc tempore S. D. N. Papae apud
Auiunione Gubernatoris, ad hoc specialis procurator, eius nomine sub-
scripsi, & omnia, ac singula in sexta Synodo prouinciali Mediolanen.
acta, decreta, edita, & promulgata, eius, & ecclesie suae nomine recipio.

Ego M. Ant. Amidanus, presbyter Cremonen. Multum Illustris. &
Reuerendiss. D. Ludouici Taberne Laudae Episcopi, & Nuncij & Apo-
stolici ad Serenissimum, & Catholicum Hispaniarum Regem Philip-
pum Generalis Vicarius, ac ad id etiam procurator specialis, eius, & ec-
clesie suae nomine, omnia, & singula in sexta Synodo Prouinciali Me-
diolanensi acta, & decreta, edita, & promulgata recipio.

**De Indictionibus futurorum Conciliorum
Prouincialium.**

S V M M A R I V M.

- 1 *Quarti*
 - 2 *Quinti*
 - 3 *Sexti*
 - 4 *Septimi*
- } *futurorum Conciliorum prouincialium indictio.*

1  **A**ROLVS in seratione diuina tituli Sanctae Pra-
xedis S. R. E. Presbyter Cardinalis, Borrho-
maeus nuncupatus, sanctaeque Mediolanen. Ec-
clesiae Archiepiscopus.
Omnibus, & singulis Reuer. Dniss. episcopis,
qui adsunt, & Synodo Prouinciali Mediolanen-
si, quacumque ratione interesse debent, omnibus-
que item Capitulis, & Ecclesiarum Cathedralium procuratoribus, qui
praesentes

Tertium.

F ff

praesentes

præsentes interfunt, indicimus, significamus, denunciamus, & intimamus proximam sequentem Synodum Prouincialem Mediolanensem quartam, Deo Omnipotente auctore, & ad eius laudem, hac eadem in urbe, hoc ipso loco, anno 1576. die decimo mensis Maij, qui dies erit feria quinta Dominica secunda post Resurrectionem Domini Nostri Iesu Christi, inchoandam, & celebrandam esse. Quamobrem eos omnes, & singulos Reuerendos Episcopos, qui hic presentes adsunt, monemus: Procuratores uero ecclesiarum Cathedralium inuitamus, ut eo die ad Synodum prouincialem quartam, iuuante Deo, Mediolani celebrandam, constituto, hic omnino interfint, nisi diem celebrationis ipsius Synodi aliqua ex causa à nobis prorogatum fuisse nostris, ad eos datis litteris, intellexerint. Quod si ipsorum Reuerendissimorum Episcoporum nostrorum aliquis legitimo tunc detentus erit impedimento, nunciū ad se excusandum, atque ad id impedimentum probandum, ad nos mittat: cui etiam facultas ab ipso detur, ea omnia, & singula nomine suo, & Ecclesie sue recipiendi, qua Spiritu sancto duce, in ipsa Synodo à nobis de consilio, & assensu Reuerendissimorum Episcoporum nostrorum decernerentur, aut constituerentur.

2. Carolus, misericordie diuinae Tit. Sanctae Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis, sanctaeque Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus.

Quartum
Idem.
tempore
solum
habedi
Concilij,
ut
hic,
mutato.

Omnibus, & singulis, &c. Anno MDLXXIX. die septimo mensis Maij, proximè sequentis, qui dies erit feria quinta Dominica secunda post Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, inchoandam & celebrandam esse. Reliqua, ut supra.

Quintum
Idem.
tempore
solum
habedi
Concilij,
ut
hic,
mutato.

3. Carolus, &c. Omnibus, & singulis Reuerendissimis Dominis Episcopis, &c. Anno MDLXXXII. die decimo mensis Maij, proximè sequentis, qui dies erit feria quinta Dominica tertia post Pascha Resurrectionis D. N. Iesu Christi inchoandam, & celebrandam esse. Reliqua, ut supra.

Sextum
Idem
his
tam
additis.

4. Carolus, &c. Omnibus & singulis Reuerendis. Dominis Episcopis Derthonen. Aqnen. Cremonen. Bergomen. Brixien. Asten. Alexandrinen. Nouarien. Vercellè. Alben. Vintimillien. Casalèn. Laudèn. Saouanen. Vigeanen. Placètino, Albingaunen. alijsque uniuersis, & singulis, qui Synodo Prouinciali Mediolanensi. quacunque ratione interelle debent, omnibusque item Capitulis, & Ecclesiarum Cathedralium Procuratoribus, hoc publico decreto indicimus, significamus, denunciamus, & intimamus proximam sequentem Synodum Prouincialem Mediolanensem septimam, Deo Omnipotente auctore, & ad eius laudem, hac eadem in urbe, hoc ipso loco, Anno Domini. MDLXXXV. die vigesimo nono mensis Aprilis, qui dies erit feria quinta Dominica tertia post Pascha Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi inchoandam, & celebrandam esse. Reliqua ut supra.